

181. 2 Q. D. B. V. <sup>X 1376178</sup>

Ve  
956

DISPUTATIO INAUGURALIS  
De

# CURATORE MULIERIS SAXONICO,

Quam  
DEO propitio  
Ex Decreto

*Magnifici Fictorum Ordinis in celeberrima  
Lipsiensi Academia*

## PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores con-  
sequendi

*Ad diem XXVII. Martii MDC LXXXVIII.*  
placidæ eruditorum disquisitioni

fitit

CHRISTIANUS BENJAMIN JACOBI  
Dreidensis.

H. L. Q. C.

---

LIPSIÆ, Literis JOHANN. GEORG.



DISPUTATIO  
CUPRATORUM  
MUTUARIORUM  
DE  
PRO LICENTIA  
CHRISTIANE  
LITTE



m  
de  
ci  
tu  
in  
et  
fu  
fu  
cu  
no  
a  
a  
c





## LECTURO.

**L**onge nobilissimam & in  
foro Saxonico utilissimam mate-  
riam de Curatore mulieris Sax.  
argumentum hujus Inauguralis  
meæ cum primo eligerem, constitueram qui-  
dem mecum, plenissime pertractare eam, & quæ  
circa illam obvenire solent, quantum fieri po-  
tuisset, exponere. Sed reperi huic si proposito  
insisterem justam Dissertationis formam Tra-  
ctationem hanc excessuram esse. Quapropter  
summa tantum capita, & quæ potissima visa  
sunt delibare, & huic disquisitioni inferere pla-  
cuit, quæ ideo hic monenda esse duxi, ne ge-  
neralitati Inscriptionis à me minus satisfactum  
autumes. Interim ea quæ pro ingenii tenuitate  
a me prolata æqui bonique consulas, & si quid  
erratum sit, placide corrigas velim.

A 2

CAPUT

# CAPUT I.

Continens definitionem & divisionem Curatoris Saxonici foeminis dari soliti,

Thef. 1.

**M**Ateriam hanc explicaturi, totius rei definitionem merito praemittimus. Quae cum sit duplex, Nominalis & Realis, de priori juxta monitum Jcti in *l. 1. ff. d. R. C.* ante omnia videndum. Ubi primò occurrit vocabulum Curatoris, quem à Curâ, quod rebus curandis, custodiendis aut gerendis praeficiatur, dictum esse, ipsum nomen ostendit. Hoc enim sensu verbum Curare in jure nostro saepius invenias, ut in *§. 35. J. de R. D. l. 7. §. 9. ff. Sol. Matr. l. 60. §. 3. de Leg. 3.* Ob quam causam etiam factum est, ut illud ipsum munus, quo Curatores funguntur, à Jcto Cura nominetur in *l. 19. §. 1. ff. de Jud.* quandoque etiam Curatio dicatur, ut in *l. 1. §. 1. ff. de Cur fur.* Ab aliis vocabulo minus latino Curatela dicitur, quo tamen omnes fere practici hodie utuntur.

Thef. 2. Vocabulum Curæ à Jctis & Imperatoribus de variis rebus usurpatum videmus. Dicitur enim Cura ædium Sacrarum in *l. 1. §. 3. ff. Ne quid in loc. Sacr.* Cura condendi corporis, *l. 88. §. 1. ff. de leg. 2.* Cura palatii, (de qua *Cassiodorus lib. 7. Var. Lect. cap. 5.*) *leg. un. C. de Comit. & Trib. Schol.* Cura Epistolarum, *l. ult. C. de offic. Praef. Urb.* Cura corporis libertis relinquenda, *l. 50. §. ult. ff. de Oper. libert.* Cura familiæ & pecorum, *l. 9. §. 5. ff. de Reb. aut. Jud.* De Cura funeris est *l. 14. §. 2. ff. de Rel. & sumpt. fun.* aliisque in locis, quæ recenseri nimis longum foret. Ut igitur vocabulum Curæ, ita & vocabulum Curatoris varie usurpari solitum: Ita de Curatore divinæ & dominicæ domus est in *l. fin. C. de quadr. prescr.* Curatores Cæsaris in *l. fin. pr. C. de offic. Proc. C. f.* Curatores operum, quos secum habebat Proconsul in provincia, *l. 7. §. 1. ff. de Offic. Proc.* Curatores Calendarii, *l. f. §. 7. ff.*

§. 7. ff. de Admin. Rer. ad civit. Curatores bonis distrahendis  
datos, l. 9. §. 3. ff. de Reb. aut. Jud reperimus. Ita de Curato-  
ribus prodigorum, minorum, furiosorum & aliarum miserabi-  
lium personarum, quæ rebus suis superesse non possunt toti ti-  
tuli ff. & C. extant. & de illis fusius *Montanius de Jure Tutela &*  
*Cura cap. 27.* Ut & *Collegium Juridicum Argentoratense Disp.*  
*26. thes. 3.*

Thef. 3. Illud hoc loco statim monendum erit, ut cum  
in Jure nostro diserte scriptum sit, Tutorem personæ, Curato-  
rem rebus dari, l. 12. l. 14. ff. de Test. Tut. l. 8. C. de Nupt. Ita  
hoc intelligendum esse, quatenus Tutor Curatori opponatur.  
Nam illud satis liquet Curatorem recte & personistam mascu-  
lis quam fœminis constitui, pr. J. de Cur. Quapropter diversa  
Curatorum constitutio, quæ fit modo fere triplici, hoc loco con-  
sideranda. Constituuntur enim primò absque ullâ certæ per-  
sonæ factâ mentione bonis immediatè, & illi dicuntur Curatores  
bonorum, tot. tit. ff. de Cur. bon. vel dantur personis ipsis una  
cum administratione bonorum, & quidem ita, ut ex ipsorum  
constitutione causa ejusdem statim pateat. Tales sunt qui fu-  
riosis, prodigis, mente captis & aliis constituuntur. Unde  
postea Curatores furiosorum, mente captorum, prodigo-  
rum &c. audiunt. Quorum constitutionis ratio ex ipsis legibus  
patet. Illis enim personis, quæ vel ob corporis vel animi vi-  
tium rebus suis superesse non poterant, necesse erat imponere  
aliquem, qui & personæ & bonorum rationem haberet, cum i-  
psius Reip. interfit, ut unusquisque re suâ bene utatur §. ult. J. de  
*his qui sui l. al.* Tertius demum modus constituendi Curatoris  
ille est, cum Curatores personis tantum omni abstractione facta  
administrationis bonorum dantur, eum in finem, ut illis consi-  
lio & ope subveniant, negotiis gerendis interponant autoritatem,  
& præterea assensum, ubicunqve aut quibus in causis opus fue-  
rit præbeant. Et illi sunt, tum Jure Civ. Curatores minorum,  
tum illi qui Jure Sax. & moribus nostris fœminis dari solent.  
Ubi de posterioribus illud notandum, simplici nomine & in  
genere Curatores, in specie autem ad litem appellari, quo lo-  
co & illud adducere juvabit, qualis vocabuli Litis & Lexico-  
graphorum & Jctorum sit acceptio, A 3 Thef.

Thes. 4. Controversiam & concertationem quendam, hoc litis vocabulum denotare consentiunt omnes, jurgio tamen majorem dicunt esse Grammatici, cum litem inter inimicos concertationem, jurgium autem inter benevolos & amicos leviolem dissensionem significare notet Nonius ex Cicero- nis Lib. 4. de Rep. Allusiva est Senecæ in libello de brevitate vitæ facta derivatio, qui litem à limitibus quod eorum causa, sæpius lis oriri solet, dictam vult. Apud Jctos variè accipi- tur. Illi enim in latissimâ significatione quæcumque discepta- tionem etiam extrajudicialem hoc Vocabulo comprehendunt, strictè autem tantum pro contentione judiciali accipiunt, & tunc pro ipsâ disceptatione, unde lis contestata dicta est, quæ apud Judicem agi cœpta erat *L. 1. C. de lit. cont.* vel etiam pro ipsâ actione *in l. 36. ff. de V. S.* ubi omnem actionem tam in rem quam in personam litis venire vocabulo testatur Ulpianus, vel tandem & quidem improprie pro ipsa re quæ in controver- siam deducta est. Unde dicitur litem æstimare *l. 28. ff. de N. G.* litem in judicium deducere, lite cadere *l. 31. §. 2. ff. eod.* quibus junge *l. 25. §. 7. ff. de hæ. pet.*

Thes. 5. Nos hic vocabulum litis, quando Curatori adjicitur, in significatione generalissimâ sumamus necesse est, ut non solum quoscunque actus judiciales, sed & extrajudiciales comprehendat, ita ut omnes Contractus aliave negotia, quæ quidem privatim & sine lite geruntur, ita tamen, ut ex illis facile Controversia promanare possit involvat. A potiori enim fit denominatio, & Curator ad litem potissimum hoc nomine frui- tur ob actus judiciales & contentiosos, ubi necessario ejus perso- na opus est, cum mulier hodie & de jure Sax. secus ac de Jure Civ. sive agat, sive se defendat, in judiciis legitimam personam standi non habeat, non exclusis tamen reliquis negotiis mulie- rum extrajudicialibus, quæcumque tandem illa sint, ad quæ ex sententiâ Serenissimi Legislatois Saxonici in Constitutionibus suis adhibendus est.

Thes. 6. Et illud est, quod Curator mulieris in ver- naculâ nostrâ communiter dicatur ein Kriegischer Vormund / ob actus videlicet magis principales, cum bey dem Krieg oder  
Streit

**Streit** Rechtens potissimum adhibeatur, Ita ut os sit quasi mulieris, nomine ipsius proponendo, autoritatem suam interponendo, & quæ geruntur ab eâ, prudentia suâ & dexteritate moderando. Quod denotare videtur vocabulum Germanicum, **Bormund** / ut notat *Vehnerus in Observ. pract.* sub Voce **Sera** haber / quæ secundum dialectum Austriacam notat Tutorem vel Curatorem. Varias appellationes pro diversitate regionum aut Civitatum vide in *Besoldo Thes. Pract.* sub Voce **Bormund** / habentque hæc nomina Curatores cum Tutoribus plerumque communia, cum quibus etiam in Jure nostro non tantum in rubricis sed & in legibus ipsis conjunguntur sæpissime, ita ut ea quæ de Tutoribus dicuntur, ut plurimum in Curatoribus obtineant, sicut & illa, quæ de Curatoribus in genere dicuntur, pleraque de Curatore mulieris commode dici possunt, nisi lex expressa aut statutum aut consuetudo cuiusdam loci aliter disponat. *C. J. A. p. 2. Disp. 16. th. 3. Mevius ad Jus Lubec. p. 309.*

**Thes. 7.** De Nominali Definitione transeundum ad Realem, quam sic tradi posse putamus, quod sit Curator fœminæ datus Persona autoritate publicâ à Magistratu competente constituta, ut mulieri tam in judiciò quam extra judicium in negotiis consensum præbeat, & ad validitatem eorundem autoritatem suam interponat. Quam definitionem, cum singula ejus membra fusius a nobis tractanda veniant, hic intactam merito relinquimus.

**Thes. 8.** Dividi autem poterit 1. ratione Objecti in Generalem & Specialem: Ille ad omnia omnino negotia & in genere, hic in specie ad certam quandam causam & litem constituitur. 2. ratione subjecti. Datur enim vel agentibus vel reis. Quæ distinctio jure Sax. hodierno expedita est, per *Constit. Elect. 15.* & ordinationem processus judiciarii *c. 8.* Cumque Jure Civ. Curatores regulariter & potissimum dativi sint, §. 3. *J. de Curat.* reliqui vero ut legitimi ad illorum similitudinem tantum, ut & testamentarii ex legum concessione & permissione constituentur, quibus & honorarii accedunt: Ita & curatorem nostrum vel dativum vel legitimum vel testamentarium vel denique

niq̄ue honorarium ad exemplum tutoris honorarii, q̄vi non tam  
administrationis q̄vam honoris causa constituitur *per l. 26. §. 1.*  
*ff. de Test. Tut. & l. 3. §. 2. de adm. & peric. Tut.* dici posse  
concedimus. Q̄vanq̄vam usu hodierno vix hæc distinctio lo-  
cum invenire possit, cum sive sint legitimi, sive testamentarii, pe-  
culiari tamen confirmatione Magistratus opus habeant si offi-  
cio suo fungi velint, ut recte tradit Carpz. *Lib. 5. Resp. Tit. 8.*  
*R. 84. & 85. n. 6. Hahn. ad Wesenb. Tit. de Test. Tut. n. 12.* cum  
aliis. Solet autem & usu venire, ut & quis coactus officium  
curæ in se suscipiat, q̄vo casu & distinctio inter volentes s. spon-  
taneos & reluctantes s. coactos admitti poterit.

## CAPUT II.

### De Origine & Causa Efficiente ut & Impul- siva Curatoris nostri.

#### Thes. 1.

**O**riginem dum Curatoris nostri inquirimus, vel a mun-  
di initio Adamo a DEO curam Evæ demandatam fuisse  
colligere licet, ex Gen. cap. 2. Cui accedunt per plura  
sacrae Scripturae loca, ubi sexui foemino utpote imbecilliori  
illum prospexisse, curamq̄ve ejus commendasse videas, ita ut di-  
vino & naturali juri originem Curatoris nostri quodammodo  
adscribere possimus. Cum enim juxta Aristot. *Lib. 1. Polit.*  
naturæ maximè consonum sit, unum quodq̄ve quod suapte na-  
tura ad se gubernandum non sufficit, præstantioris alicujus du-  
ctu gubernari, ex hoc facile deprehendimus, hanc curatellam  
muliebrem delatam jure Nat. maribus eidem & originem suam  
debere, ita ut commode verba Imperatoris nostri §. 6. *I. de Attil.*  
*Tut.* in verbis: Juri Naturali conveniens est, ut qui perfectæ  
ætatis non sunt, alterius curâ regantur, hic applicare possis

Thes. 2. Id quod deinceps solcite Saniores gentes ob-  
servarunt. Est apud Demosthenem *in Orat. adversus Niceram*

Lex



Lex Attica : Si uxorem dimiseris, dotem reddito, ni reddat in  
Uxorem obulos menstruos fœnis pendito adversus eum in Odeo de  
Victu Uxoris τῆς γυναικὸς τὰ κούρια, id est illius Tutori actio datur  
Budæus in Comment. græc. ling. p. 51. Ex qua lege aperte liquet,  
mulieri dotis causa tutorem vel Curatorem datum fuisse, quod  
tamen non tantum ad dotem restrictum, sed & aliis de causis fa-  
ctum esse, innuunt Dion Prusiensis & Isæus. Ille orat: τῆς  
ἀπίστιας in Verbis : Mulieri apud Athenienses contrahere non li-  
cet; hic Orat. de Aristarchi hæreditate Lex, inqviens, expresse  
prohibet fœmine pacisci. Subjungit uterque, nisi usque ad mo-  
dium hordei. Ad quem locum sine causa substituit Tiraqvel-  
lus sex, notatus inde à Meursio ex Harpocrat: Has autem  
leges ex vocibus græcis, quibus utuntur scriptores laudati συμ-  
βάσεων, συνδικαίσεων, de contractibus loqui facile videre est, quod  
tamen postea etiam ad ultimas voluntates extensum fuisse, idem  
Isæus dicto loco arguit, ita ut ex his colligas, mulierem Græcam  
neglecta lege nil egisse. Unde & allegati Dion & Isæus mulie-  
rem impuberi conjungunt, & eorum posterior rationem legi  
huic imbecillitatem iudicii muliebris dedisse, asseverat. Infi-  
gnis hac de re locus Platonis Lib. 2. de LL. Ubi mulierem ma-  
ritatam, ait, cujuscunque ætatis illa demum fuerit, non debuisse te-  
stari, nec iudicio interesse ad testandum sine autoritate mariti,  
quam legem, non solum Atheniensium, sed ceteris Græcis com-  
munem, quamquam forsan non uno eodemque modo fuisse, ex  
Orat. Tullii pro Flacco intelligi potest.

Thes. 3. Lege XII. Tabb. muliebrem tutelam usu ve-  
nisse, vult Rittershusius in Comment. ad LL. XII. Tabb. cap. 13.  
Cujus sententiæ adhærent Contius & Marcilius, quod tamen  
ex Ulpiano in fragm. aut Ciceronis loco in Orat. pro Lucio Mu-  
rena vix colligas. Illud verosimile, ex moribus Græcorum ad  
Romanos mulierum tutelam transisse. Livius certe Lib. 34.  
cap. 2. Marcum Porcium Catonem pro Lege Oppia hæc verba  
facientem adducit. Majores nostri ne privatam rem quidem a-  
gere fœminas sine Autore voluerunt. In manuisse parentum, fra-  
trum, virorum, cui cap. 7. respondet Lucius Valerius Tribunus  
plebis: Vos in manu & tutela debetis habere cas, non in servitio,  
B & malle

*Et malle patres vos Et viros, non dominos, dici, quæ verba originem rei quodammodo innuunt. Est locus apud Marcum Tullium Orat. pro Lucio Murenâ, mulieres, inquit, omnes propter infirmitatem consilii majores in tutorum potestate esse voluerunt, cui concinit Boëtius in Top. Mulieres jure antiquo tutela perpetua continebat, recedebant vero à tutoris potestate, quæ in manum viri convenerant. Ulpianus suo etiam tempore in fragm. Tit. II. §. 1. tutores constitui testatur tam masculis quam fœminis, masculis impuberibus duntaxat propter ætatis infirmitatem, fœminis autem tam puberibus quam impuberibus, Et propter sexus infirmitatem, Et rerum forensium ignorantiam. Mulieris itaque & Romanæ absque Curatore acta ipso jure nulla esse, tam ex his quam præcipuè adducto Livii loco facile colligas. Quo facit Augustinus ad Ecditiam Epist. 109. quæ est in can. Dec. caus. 33. qu. 5. Nihil ergo de tua veste nihil de tuo auro vel argento, vel quacunque pecunia, aut rebus aliis sine arbitrio ejus facere debuisti.*

Thes. 4. Dixi supra in Divisione, Tutelam mulierum aut Testamentariam, aut legitimam, aut dativam, esse posse. Legitimam, cuius peculiare erat, ut in jure alteri cedi possit, sustulit Lex Claudia. Ulpianus dict. Tit. II. §. 8. in fin. Quam lectionem Cujacii, Contii, Giphanii contra Marcium, Gothofredum, & Rurardum, tum ratio contextus tum argumentum l. 3. C. de legit. Tut. tuentur. Dicitur enim in illa lege, Constantinum abrogasse legem Claudiam, iterumque agnatos ad tutelam vocasse, fœminarum. Sublatâ igitur Legitimâ, superfuere Testamentaria & dativa; non enim Lex Claudia omni tutelâ exemerat mulieres, sed tantum necessitatem tutelâ obeundæ agnatis remiserat. Ita Apuleius in apol. in fin. inducit C. ssum Longinum Autorem Tutorem mulieris. Quia de causâ & cum quærerentur vel testamentario relictî vel à Prætore dati, se ad onus tutelæ obeundum compelli ferè exclusis legitimis per Legem Claudiam, qui tamen plerumque hæredes existerent, factum est, ut Constantinus Magnus per Constit. suam abrogatâ iterum Lege Claudia agnatos ad legitimam tutelam mulierum obeundam vocaret, cuius constitutionis summa extat in Cod. Theod. his verbis: *In fœminis tutelam legitimam consanguineus vel Patronus non recuset* L. 2. de Tut.

*Tut. creand.* Hæc constitutio Constantini quanquam per tempus quoddam invaluerit, imo & a Leone anno Christi 496. renovata fuerit, tamen iterum Lex Claudia prævaluit in tantum, ut contrariis moribus plane mulierum tutela exoleverit, etsi præcise, quo tempore illud factum sit, dici non queat. Certe Justinianus contrariam hanc consuetudinem non mutavit, sed ommissâ Lege Constantini inseruit Codici suo Legem Leonis non tamen iisdem verbis, sed tantum accommodatam ad tutores pupillarum specialiter in *l. 3. C. de legit. tut.* In Digestis deinde vocabulum tutelæ muliebris iuris in illa translatis usurpatum in curæ vocabulum transformavit. Cui assertioni *l. 60. de R. N.* ut quidem Rævardus opinatur, non obstat. Jure igitur Civ. Justiniano nil de Tutelâ mulierum cum per *l. 2. C. ad Sctum Vellej.* liberum omnino arbitrium ipsis relictum sit de rebus suis disponendi, siue solutæ siue matrimonio ligatæ fuerint. Quod tamen quoad nuptas restringas ad res paraphernales tantum, dotalem enim maritus est dominus, *l. 30. ff. de Jur. dot.* Neque tamen ex his & quod Imperator Justinianus inter beneficia mulierum tutelam, quam à vi Legis Claudie vindicârat Constantinus non revocaverit, statim colligas plane mulieribus infensum fuisse, cum iisdem variis modis in Jure nostro subveniat, quod vel hoc satis innuit, ut si contrahat mulier & læsa sit, exemplo minorum restituatur, *l. f. C. de Jur. & fact. ign.* Cuius favoris causam exprimit in *l. 12. C. qui pot. in pign.*

Thef. 5. Longobardorum Legibus, gentis origine Saxonice cautum erat, mulierem sine mundio, qui est tutor mulieris in suæ potestatis arbitrio vivere non debere. Quæ Jura hodie moribus hodiernis fere ubivis locorum usu recepta, cum hodie mulieres in perpetua tutelâ & curâ sint, nuptæ in maritorum, solutæ in propinquorum, vel à Magistratu datorum, quod plerorumque locorum Gallie, Italie, Hispanie, Germanie aliisque in terris observari scribit, & autoritatibus probatissimorum scriptorum munit Joach. Wibelius *ad Constit. Wurtemberg. cap. 2. n. 36. seqq.*

Thef. 6. Jure Sax. Communi per Landrecht *Lib. 1. art. 45.* in curâ & tutelâ mulieres sunt, quod tamen necessitatem

tem tutoriæ autoritatis ad actus Judiciales tantummodo restrin-  
git, relicto libero arbitrio mulieri extra iudicium de rebus suis  
disponendi.

Thes. 7. Recessit hac in parte à jure Communi Jus  
Electoralè Sax. potestatem gerendi negotia sua mulieri innuptæ  
ad mobilia, quæ summam 500. solidorum non superant, co-  
arctans, de cetero in omnibus negotiis judicialibus, & extrajudi-  
cialibus, quæ rationem iudicii deprecantur, necessitatem curato-  
ris requirens, & illud per famosissimam illam Constitutionem  
Elect. Divi Augusti 15. p. 2. sancitum.

Thes. 8. Conveniunt igitur Jus Commune Sax. & E-  
lectoralè hæctenus in eo, quod utroque illa, quæ in iudicio sine  
autoritate Curatoris à muliere gesta sunt, ipso Jure nulla sint,  
differunt tamen, quod de Jure Communi subsistant quæcunq;  
mulier extra iudicium agit, Electorali autem illa omnia irrita  
sint, & tantum liberum arbitrium circa mobilia eo, ut supra di-  
xi, modo agendi illis permittatur. Movit sine dubio Legisla-  
torem Serenissimum ad hanc Constitutionem ferendam imbecil-  
litas & fragilitas earum, quibus dandus est, quod verba ipsius  
Constitutionis, Damit sie aus Mangel gutes Rathes und Be-  
dachts nicht übereilet werden möchten / abundè ostendunt.

Thes. 9. Constituendus igitur Jure Sax. Curator mu-  
lieribus, quod *quomodo & à quo* fiat, nunc videndum. Non  
enim ut non nunquam Curator bonis datus, quem privatâ au-  
toritate creditores eligere possunt, *l. 15. pr. & l. 6. §. f. ff. de reb.  
aut. jud. privato arbitrio constituitur*, sed vel à Magistratu, vel  
à Lege. Olim quidem & de Jure veteri sicut datio tutoris ita  
& Curatoris Constitutio nec Jurisdictionis, nec imperii erat,  
sed illi competebat cui secundum *l. 6. §. 2. ff. de Tut. & tit. 7. de  
Attil. Tut.* illa potestas ex lege data erat. Ita à Præto-  
re Urbano & maiore parte tribunorum plebis (nempe sex, erant enim  
decem *l. 2. §. 14. ff. de O. 7.* in urbe ex L. Attilia, in provinciis  
verò à Præsidibus ex L. Julia Titia dabantur, quod postmodum  
ad Consules, qui ex inquisitione dabant, Claudius Cæsar (Svet.  
in vitâ eius) transtulit, Prætorem deîn tutelarem M. Antonius  
Philosophus primus fecit, ut Capitolinus in eiusdem vitâ notat.

Tempo.

Tempore Justiniani ex concessione etiam magistratus municipales hac potestate gaudebant, quæ postea Constitutione sua, quæ est in l. 30. C. de Episc. aud. clarius expedit, quæquam ea quæ de tempore Justiniano dixi, potius ad tutelam & curam minorum, quam ad hanc, de qua primario nobis sermo, applicari poterint. Hodie hac concessione in Imperio utuntur omnes illi immediate subiecti, Electores, Principes, Comites, Barones, Nobiles & Civitates, idque ex Ord. Polit. Carol. V. Imperatoris *Augustæ anno 1545.* ut & Camera Imperialis per tradita a Gail. lib. 1. cap. 1. n. 48.

Thes. 10. Moribus nostris & generali ferè consuetudine annexa est potestas curatores constituendi Jurisdictioni ordinaria, ita ut unicuique magistratui alicuius loci ordinario potestas tutores & curatores constituendi competat Franzk. in lib. *Resol. 16. n. 14.* Stephanus Gratianus *discept. forens. p. 2. cap. 225. n. 41.* Quod in foro Sax. eousque procedit, ut unus quisque qui bassam tantum, ut vocant, Jurisdictionem die *Nieder- und Erb-Gerichte* habet curatorem constituat. Carp. p. 2. c. 15. d. 26. Zang. de *Except. p. 2. cap. 8. n. 10.* Berlich. *Conclus. 18. p. 2. n. 6.*

Thes. 11. Requiritur tamen semper, ut Judex seu Magistratus constituens sit competens, quam rem, quæ disceptatione non caruit, hac distinctione expediri posse videtur. Constituitur enim Curator aut generaliter ad omnia omnino negotia & lites, & tum constituendus erit ab eo Judice, cujus Jurisdictioni immediate personæ curatore indigentes sunt subiectæ, & quidem ratione domicilii vel naturalis, vel accidentalis Carpz. ad *proc. Jur. Sax. Tit. 5. art. 3. n. 41.* Berlich. p. 2. *concl. 16.* Daniel Moller. ad *Constit. Elect. Sax. constit. 15. p. 2. n. 8.* Brunnem. ad l. f. §. 1. C. de adm. tut. Cuius ita generaliter constituti potestas eo se extendit, ut non tantum lites & causas, quæ sunt in provincia aut territorio constituentis, sed etiam quæ mulieri f. curandæ extra eam occurrunt, valide tractare possit arg. §. 17. J. de Exc. tut. l. 9. §. 12. ff. de reb. eor. qui, vel tantum ad unam causam, aut litem datur, & dandus est ab eo Judice f. Magistratu, ad quem causæ aut negotii, de quo disceptatur, cognitio spectat, per l. ult. §. f. C. de adm. tut. & ad illam Dd. Hoc si non fiat,

omnia ibi acta ipso jure nulla erunt. Vid. Carp. p. 2. c. 15. d. 27.  
Ubi ita Scabini Lips. Diweil aber bemeldter Kriegischer Vor-  
mund aufferhalb dem Marckbachischen Gerichte von einer an-  
dern Obrigkeit/ unter welche diese Sache nicht gehörig / bestellet /  
und also nulliter verfahren worden &c. Et quidem huius rei ra-  
tio illa commode tradi poterit, quod cum mulier coram iudice  
litigans per actionem vel motam vel susceptam & subsequentem  
litis contestationem in iudicio quasi contrahat, & Jurisdictioni  
Judicantis se obnoxiam reddat, ita ab alio Iudice curatorem ad  
talem causam specialem quam coram quo litigatur, accipere  
nequeat. Franzk. l. 1. Resol. 17. n. 78. & ita pronuntiatum esse  
in dict. *defin.* 27. tradit laudatus Carpzovius. Quid si causa Eccle-  
siastica in Iudicium deducatur, tunc utiqve dicendum, mulieri  
etiam laicæ à Iudice Ecclesiastico s. in terris Saxonis à Consi-  
storiis Curatorem recte dari, id quod in minore constituit Pon-  
tifex *cap. fin. de Jud. in 6to.* Idem in Causis feudalibus, ubi à  
Domino feudi, cuius jurisdictioni bona feudalia subiecta & ad  
quem cognitio litis de illa motæ spectat, curator mulieri liti-  
ganti constituendus, qua de re accurate Schrader *de feud. p. 10.*  
*Sect. 19. n. 160. seqq.*

Thes. 12. Hæc quæ iam dicta cum varie controverteren-  
tur inter Dd. decidit Serenissimus Elector Saxonie in decis: no-  
vissimis *dec. 59.* Qua cautum, ut mulieri Curator in genere co-  
ram magistratu, sub quo bona eiusdem sita, aut domicilium,  
fixum, ad certam causam autem vel negotium aut in loco domi-  
cili, aut possessionis bonorum, aut in loco contractus, aut ubi  
causa in Iudicium deducta, necessario constituatur, quod eo  
usque ampliatur, ut si mulieri e. g. Amtfassiæ ad certum a-  
ctum, puta venditionem geradæ Curator sit constitutus à Sere-  
nissimo immediate contractus cum autoritate eiusmodi Cura-  
toris celebratus ipso Jure nullus sit, cum coram officiali, sub  
quo domicilium aut magistratu loci contractus constituendus  
fuerat, si autem evenerit, ut mulier diversis in iudiciis dato ad  
unam litem Curatore plures lites suscipere, & sic diversos Judi-  
ces agnoscere necessum habeat, an & plures Curatores & a di-  
versis Iudicibus constitui poterunt? Et illud quidem omni du-  
bio

bio carere videtur per tradita ab Ant. Fab. Tit. 1. Jurispr.  
Pap. p. 683. Moller. ad Conflit. 15. n. 12. Berlich. Conclus. 18.  
p. 2. n. 15.

Thes. 13. Si autem unus illorum, aut alius quidam, in  
genere ad omnes omnino causas mulieri constituatur, expirat  
Curatela prioribus & aliis commissa, cum illæ ad certas causas  
restrictæ fuerint Cura generali similitudinem quendam Tutelæ  
hac in parte recipiente, quæ, ut jam dixi, divisionem non pati-  
tur. Ita ad consultationem responderunt Scabini Lips. Ob Zhe  
gleich N. N. auff Ansuchung zu einen Kriegischen Vormunden  
bestätiget worden / Sie sich aber folgendes durch Ehursl. Durchl.  
zu Sachsen einen General Curatorem ad omnes lites bestätigen  
lassen / so ist Euere Curatel dadurch geendiget. Carpz. ad Con-  
flit. 15. def. 29.

Thes. 14. Curatorem regulariter testamento dari non  
posse jure Civ. per §. 1. ff. de Curat. l. 7. ff. de Test. tut. expedi-  
tum est, sed si datus sit, a magistratu confirmandus, & inde testa-  
mentarius Curator dicendus l. 6. ff. de confirm. tut. quod & hodie  
obtinet, ut si testamento datus sit, valeat quidem illa constitutio,  
non tamen adeo, ut si nomine curandæ Curator in Judicio age-  
re, aut excipere velit, non prius necesse habeat confirmatione  
magistratus ad legitimandam personam suam, Illa enim non ac-  
cedente, per sententiam legitimatio iniungitur.

Thes. 15. Constituendus igitur Curator mulieri à magi-  
stratu competente & ritè. Cum autem Judex non nisi implo-  
ratus officium suum faciat, l. 4. §. ff. 8. de damn. inf. necesse est,  
ut petatur à magistratu aut Judice, quæ petitio fit vel ore tenus,  
& præsentem ipsa muliere, quæ Curatore destituta decenti com-  
pellatione & denominatione personæ idoneæ petit à magistratu,  
velit pro potestate & autoritate illum sibi Curatorem constituere,  
& deinceps instrumentum constitutionis in scripturam redactum,  
quo personam suam legitimare possit, exhibere, id quod Curato-  
rium appellatur, soletque secundum cuiusque curiæ, ut vocant,  
stylum formari, continetque ut plurimum nomen constituentis  
magistratus, constituti Curatoris, petentis mulieris, ut & causas  
& actus

& actus, si sit speciale, ad quos, nec non diem & tempus constitutionis, quæ omnia addito sigillo publico muniuntur & corroborantur, vel etiam petitio Curatoris fit absente muliere in scriptis, oblato libello supplici Judici, in quo illa continetur arg. *l. fin. §. 1. C. de adm. tut.* soletque quibusdam in locis ille, qui hoc munus ad instantiam privatam mulieris se suscepturum, promisit, libello adscribere, se hanc curatela[m] sponte libenterque suscipere velle. Singulare illud est in Curia suprema Lipsiensi, ut si mulier in scriptis petat constitutionem Curatoris, necessaria esset duorum testium subscriptio, quod tamen si de voluntate mulieris certo constet, adeo solícite haud observatur, vel fit demum constitutio Curatoris ad petitionem illorum, quorum interest, ut mulier, cum qua agunt, illo destituta non sit. Sic constituitur ad petitionem cognatorum, partis adversæ, cum qua contendit, aut concreditorum etiam, cum quibus in concursu hoc vel illo Creditorum concurrat. Et quidem hanc cautelam omnes illi, qui cum muliere Curatorem non habente, aliquid agunt, solícite observare necessum habent. Cum enim illa in foro Sax. deficiente Curatore nihil agat, imprimis in causis forensibus, ita ut omnis actus judicialis, à muliere tunc celebratus ipso jure nullus sit, statim curatorem mulieri dari petant, ne acta cum illa ex capite nullitatis rescindantur. Quod eo usque procedit, ut quamvis mulier Curatorem accipere nolit, illis etiam invitis & absentibus à Judice dandus sit, arg. sæpius citatæ *Constit. Elect. 15. p. 2.* & ad illam *Dd. Moller. n. 28.* & *Carpz. def. 28.*

Thes. 16. His accedit demum constitutio Curatoris a Judice ex officio facta. Si enim vel ipsa mulier, vel etiam pars cum ipsa litigans neglexerit petere Curatoris constitutionem, ipse hunc defectum supplere, & ad litem aut negotium, quod coram illo ventilatur, Curatorem dare debet, ne iudicium eiusdem reddatur elusorium, & coram illo acta ut non acta corruant. Quod verba Electoralis constitutionis 15. Derowegen denn die Gerichtshalter eines jeden Ortes / ungeachtet / ob gleich solches von keiner Part gesucht würde / einer jeden unbevormundeten Weibes Person zu ihrer Klage und Antwort Ampts halben einen Kriegischen



gischen Vormunden geben und zuordnen sollen / satis iniungunt.

Thes. 17. Judex itaque sic imploratus constituit Curatorem vel coram, presentibus personis, quæ curatellam suscipere volunt, ubi pro tribunali sedens officium hoc illis iniungit, & promissionem, quæ fit vel promissione manu stipulata facta, den Handschlag / vel tactu baculi judicialis, mit Angelobung an den Gerichts=Stab / ab illis exigit, vel fit per decretum aut rescriptum, si absente foemina in scriptis curator petatur. Petitioni enim eiusmodi si fuerit delatum, ei, cui munus hoc impositum est, per rescriptum aut decretum fit notificatio, adiungiturque simul Curatorium ad personam suam in Judiciis, aut ubicunque opus fuerit, legitimandam, cum mandato, ut pro virili ope & consilio Curandæ suæ præesse velit. Qui modus constituendi in Consilio Electorali Aulico Sax. observari solet.

Thes. 18. Hæcque constitutio Judicialis adeo necessaria, ut Curator, ea nondum facta, nequaquam nomine mulieris agere, aut ullum negotium licet in favorem ejusdem susceptum consummare possit: Quod non solum in foro Sax. strictissimæ est observantiæ, sed & per ordinationem politicam Caroli V. Anno 1548. & Rudolphi 1577. Tit. 32. Von derer Minderjährigen Tutor und Vormunden Constit. Imperii comprobatur. Quamvis enim hæ constitutiones potissimum de officio Tutorum loquantur, recte tamen ad Curatores & illas extendi posse, non dubitamus, ex regulâ illa generali, quod tutoribus facere prohibitum, id regulariter & Curatoribus interdictum esse,

Thes. 19. Proinde curatoria sua, quibus se rite constitutos judici & parti adversæ probare possunt, statim in limine iudicii Curatores ut proferant, necesse est. *Dd. ad §. 2. J. de Curat. & l. 2. C. qui leg. pers. König in processu cap. 23. n. 7. Math. Wesenb. in paratitl. ff. de Procur. n. 4. Speculator Lib. 1. p. 3. Tit. de Proc. §. 2. n. 13. Ordin. Process. Jud. Sax. Tit. 7. pr.* Die Curatoria und Tutoria alsbald bey dem ersten Satz einzubringen. Et hoc si omittatur, injungitur per sententiam, daß klagender Curator vor allen Dingen mit Vorlegung eines richtigen Curatorii seine Person zu legitimiren schuldig. Quod tamen limitatio

C

tatio

tationem patitur in Curatoribus ad certam causam s. litem datis. Sufficit enim, si in eodem iudicio, & ab eo Iudice, coram quo litigatur, detur, constitutionem ad acta, vel à Iudice ipso vel ab Actuario jurato registrari. Quo casu legitimatione alia opus non habebit.

Thes. 20. Si autem præsens in iudicio Curator esse non possit, constituit actorem, qui actorio & curatorio Constituentis Curatoris personam suam legitimans, valide nomine mulieris in iudicio agit, Ord. Proc. Jud. Tit. 8. Actorium autem eiusmodi omnia requisita mandati alicuius ut habeat, necessum est. In specie ut in foro Electorali ad hæredes agentis extendatur, à curatore autem constituente actorem subscribatur, sigilloq; eiusdem muniatur. Nec opus est, ut actorium à muliere simul cum Curatore subscribatur, exceptis tamen illis casibus, ad quos mandatum speciale requiritur. Quamquam enim illa in genere inutilis planè non sit, tamen ad essentiam actorii non requiritur. Id quod videntur innuere Verba in allegato Titulo 8. Proc. Jud. Oder welchen die Vormünde hierzu Vollmacht auftragen. Quamquam & plures rationes huius rei facile dari possint. Cum enim personam legitime standi in Iudicio mulier non habeat, nec illam potestatem subscriptione sua in actorem transferre potest l. 54. ff. de R. 7. Itaq; solum illius subscriptio necessaria est, qui revera constituit actorem, cuiusq; autoritas in constitutione tali attenditur. Unde ita in sententiis: In Sachen Actorn Curatorn. Quibus accedit Actoria data & à Curatoribus minorum solum subscripta, vel sola fori observantia teste, subsistere, quod ad actoria mulierum ob rationis identitatem applicari posse, dubium non est. Et ita sæpissime pronuntiatum in summo Appellationum Iudicio testatur Carpz. Lib. 3. Resp. Tit. 11. Resp. 14.

Thes. 21. Limitatur tamen & hæc assertio in muliere & matre s. aviâ tutrice liberorum suorum, quæ si experiri velit horum nomine per Curatorem suum, admittitur ille quidem, & necessaria eius est autoritas, non tamen sufficit ad legitimationem sui nuda constitutionis s. Curatorii prolatio, nec actorium ab eo solum subscriptum, sed de voluntate mulieris aut matris tutricis aliunde vel per mandatum speciale, vel per subscriptionem

nem simul factam actorii constare debet, Cuius rei ratio in eo consistere videtur, ut cum contra Juris rationem deferatur matri aviaque tutela liberorum, solo respectu pietatis maternæ, quæ juris subtilitates respuit quodammodo, Ant. Fab. in Cod. Lib. 5. Tit. 41. Schneid. in Comm. ad pr. J. qui testam. tut. Jacobus Schultes in addit. ad Modestini Pist. quest. p. 1. qu. 27. Ita ex illo apparere & hoc virile negotium contra iuris rationem ipsis simul permissum esse, ut si pupillorum suorum nomine aliquid agant in iudicio autoritas earundem attendi, mandatumque speciale à Curatore simul (cum per eum necessario agat) exhiberi debere.

## CAPUT III.

### De subjecto tam occupante quam recipiente Curatoris fœminini.

#### Thes. 1.

**C**uratores mulieris possunt esse omnes, qui nec naturam nec lege impediuntur, cujuscunque dignitatis, conditionis aut status illi demum sint. Moller ad Constit. 15. p. n. 13. 14. Natura impediuntur 1. furiosi, qui cum ratione destituantur, animoque careant, §. 1. J. quibus non est perm: neque voluntatem habeant l. 40. ff. de R. J. ita ut ipsi Curatore egeant, tot. tit. ff. & C. de Cur. fur. ideoque nec curatellæ huic gerendæ apti erunt. Sand. ad L. 40. de R. J. Perez. ad Tit. C. de Cur. fur. Nec refert, quod in §. 2. J. de test. tut. dicatur, furiosum tutorem testamentari dari posse. Illud enim ita intelligendum, ut tutor ex testatoris dispositione tum demum esse incipiat, quando sapere cœperit l. 10. §. 3. l. 11. ff. de Tut. Idem 2. de mente captis dicendum. Cum enim cum furiosis maximam cognationem habeant, differantque ab illis parum, ita ut Jure Civ. promiscue usurpentur l. 2. C. de Cur. fur. l. 9. C. de imp. & al. subst. ita ab hoc Curatellæ officio merito arcentur. 3. Nec huic muneri apti erunt impuberes, præsertim si sint infantes aut infantia proximi. Cum enim nec illi

habeant intellectum §. 9. de inut. Stip. & tutelæ aliorum subsint, aliis ope & consilio subvenire non poterunt. Par ratio est in *mutis & surdis* sive tantum uno sive utroque malo laborent. Cum enim illa, quæ in iudicio aguntur, nec intelligere nec auctoritatem suam expressis verbis interponere possint, quæ omnia a Curatore nostro vel maxime requiruntur, imo & ipsi Curatores accipiant, non dubitandum, quin & hi Curatoris personam suscipere naturâ prohibeantur. His merito annumerantur *perpetuo morbo laborantes*, qui cum suis rebus ipsimet superesse non possint, adeoque ipsi curatores §. 4. *J. de Curat.* recipiant, in idonei ad aliorum curam suscipiendam merito reputantur. Quid de *cæco & monoculo* iuris vid. Lamberteng. in Tract. de Contract. eor. quibus sine certa solennitate contrahere permissum non est.

**Thes. 2.** Legibus prohibentur hanc curatelam suscipere *mulieres*. Illarum enim præcipuum & maximum munus est accipere & tueri conceptum, *l. 14. §. 1. ff. de edil. Edict.* non vero se immiscere causis alienis, aut officiis Virilibus, quæ Curatoris est, fungi *l. 1. §. 5. ff. de postul.* ita & ab hoc munere, quod in favorem illarum introductum, merito excluduntur, quo facit *textus l. 2. ff. de R. J.* ubi Ulpianus: *Femine ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ sunt, & ideo nec Judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere.* Cui addi poterit *l. 1. C. Quando mul. offic. tut.* Et quamvis avia & matri, ut supra monuimus, tutela liberorum ab Imperatore in *Nov. 118. cap. 5. & Auth. Matri & avia C. dict. tit. it. Nov. 94. c. 4. 5.* delata sit, illa tamen est tutela irregularis & anomola quædam, solo intuitu & respectu pietatis contra rationem juris concessa, ita ut *textus allegatos etiam de curatelâ loqui & ita intelligendos esse, minime sentiamus, sed potius contrariam sententiam Decii Consil. 16. n. 2. Montani in Tract. de tut. & cur. & aliorum complurium contra Fabrum in Cod. L. 4. Tit. 28. def. 1. Perezium in Comment. ad Cod. tit. dict. amplectamur.* Ex qua ratione etiam mater & avia tutrix in foro Sax. in omnibus causis liberorum absque Curatore nihil agere, sed semper eius auctoritatem simul adhibere necessum habent, ut eleganter *Schultes in addit. ad Mod. Pist. qv. 27. p. 1. inf. cum aliis*

Dd

Dd. Sax. De minoribus 25. annis secundum principia Juris Romani cum procuratores esse non prohibeantur §. 5. J. Quib. ex causa man. Besold. in Deliber. Tit. de Proc. quest. 10. sed opposita demum exceptione ab adversario ob periculum læsionis repellantur. arg. l. 14. C. de Proc. ita & secundum Jus Civ. inter Procuratorem & Curatorem imprimis ad litem non adeo magnâ existente differentia Ant. Fab. ad Tit. C. Qui dar. tut. n. 5. & 6. Carpz. p. 1. c. 17. d. 18. ab hoc munere non excluduntur. Aliud tamen dispositum Jur. Can. cap. 5. de Proc. in 6to. ita ut secundum illud & hodiernam consuetudinem minor 25. & Jure Sax. 21. annis merito ab hac curatela mulierum arceatur. Faciunt huc verba Imp. §. 13. J. de Excus. tut. incivile esse dicentis, ut qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscantur, & ab aliis regantur, aliorum tutelam vel curam subire. His annectendi prodigi, qui & lege ab hac Curatela removentur l. f. C. de legit. Cur. junct. l. f. C. §. 2. de sent. pass. Aequivarantur enim furiosis l. 40. de R. J. & curatores ipsi accipiunt. l. 12. §. 1. ff. de Cur. dand. Unde aliorum curam in se suscipere iura ipsis non permittunt. l. 3. §. 2. C. de sent. pass. Carpz. L. 5. Resp. Tit. 8. Resp. 80.

Thes. 3. Jure Civ. nec maritus Uxor Curator esse potest, l. 2. C. qui dar. tut. l. 14. ff. de Curat. fur. l. 4. & 17. C. de excus. tut. §. 19. J. de Excus. tut. idque ideo, ne quod a marito male gestum sit ob affectionem statim remittatur a muliere & ita illa de rebus dotalibus periclitetur. d. l. 2. C. qui dar. tut. Quæ tamen dispositio Juris Civ. consuetudine plurimorum locorum, imprimis vero Jure Sax. parum attenditur. Secundum enim hoc statim post celebratas nuptias transit in tutelam & curam maritalem Uxor, fitque maritus illius tutor & curator per text. express. Landrecht Lib. 3. art. 45. Der Mann ist seines Weibes Vormund/ sobald Sie Ihm zur Hand getrauet ist/ vocaturque Ehe. Voigt s. ehelicher Vormund ad differentiam imprimis des Kriegischen Vormundes/ quem ut plurimum in foro Sax. simul habent mulieres.

Thes. 4. Hæc autem Curatela maritalis in foro Sax. ita restricta est, ut maritus nomine uxoris suæ litem aut movendam aut motam defendendam suscipiens non audiatur prius, si

non peculiariter ad illam litem aut in genere curator datus sit uxori suæ per sanctionem expressam in Ord. Proc. Jud. Tit. 8. §. da sie aber Moller. *Semestr. cap. 18. n. 9. 10.* Rauchbar. *qv. 2. p. 1. n. 46.* Beust. *ad l. 1. n. 213. ff. d. Jurej.* quod eousque extendit Sereniss. Legislator, ut quamvis mandatum uxoris producat maritus, tamen sine curatorio aut præstitâ cautione rati in iudicio non admittatur, dict. tit. & §. Ord. Proc. Jud. ut & Constit. 15. p. 2. In verbis: *Wie denn auch die Ehemänner.* Rauchb. *l. cit. n. 46.* Carpz. *in Proc. tit. 5. art. 6. n. 46.* Hinc sententia; *Daß N. N. vor allen Dingen wegen seines Eheweibes ein richtiges Curatorium vorzulegen oder de rato zu caviren schuldig.* Quamquam huic assertioni contrariantur ipse Rauchb. *seq. n. 52.* & Hering. *Tr. de Fidej. cap. 18. n. 57.*

Thes. 5. Nec admittit Jus Civ. *Milites l. 4. C. qui dantur.* Non enim muneribus Civilibus occupari, sed potius armis inhærere & Rempublicam defendere ipsorum est officii. *l. 31. C. loc. Cond. Enenckel. de Privileg. Milit. Privil. 15. n. 2.* Quod & de militibus cœlestis militiæ, ut monachos vocat *Imp. l. 52. §. 1. C. de Episc. & Cler.* Non autem de *Clericis*, qui ad munus hoc admittuntur, compelli tamen non possunt per *Nov. 123. c. 5.* statuendum; quod tamen & hodie contraria consuetudine exolevit, ita ut miles & Clericus recte Curatores constituentur.

Thes. 6. Sed quid de *bannitis, proscriptis, relegatis & infamibus*? Nec illi Curatores mulierum esse poterunt: Banniti enim & proscripti cum amittant Jura Civitatis, ita merito ab hoc munere; quod inde originem trahit, arcentur. Quod & de illis, qui ab inferioribus statibus Imperii ex suis territoriis relegantur, dicendum. Curatoris nempe præsentiam in ipsis actibus requirunt Jura, quam relegatus præstare non potest, nec autoritate, atque consilio præsentem juvabit absens. Quid si autem maritus relegatus sit, an statim alius Curator uxori constituendus? Et ita utique statuendum. Quamquam enim relegati ex provincia non amittant ea, quæ sunt Juris Civ. arg. *l. 7. §. 4. ff. de de interd. & rel.* Non dubitandum tamen, amittere illos ea, quæ sunt Juris statutarii, cumque legitima maritorum curatela ex eiusmodi jure proveniat, alio utique curatore opus erit. De *ser-*  
*vis,*

vis, qui Jure Civ. plane ab omni negotio excluduntur, vi illius  
dispositionis curam alius gerere non possunt, l. 7. C. qui dar. tut.  
Hodie cum servitus usitata Romanis apud nos in desuetudinem  
abierit, non est, ut de illis solliciti simus. Longe enim alia ratio est  
hominum apud nos priorum, illi enim non solum multum dif-  
ferunt à servis, sed etiam hodie ad negotia civilia admittuntur,  
ita ut & curatores mulieris esse possint, nisi hoc statuto aut singu-  
lari locorum consuetudine illis sit prohibitum. Stam. de  
serv. L. 3. c. 7. n. 1. Hic ultimo loco videndum erit, an & invi-  
tus Curator mulieri dari possit? Quod regulariter negandum  
per l. 3. §. 4. ff. de Tut. l. 2. §. 3. ff. de Cur. bon. dand. Ant. Fab. in  
C. L. 5. Tit. 27. def. 2. n. 2. Carpz. p. 2. Const. 15. d. 28. Affir-  
mandum tamen si necessitas aut alia justa subsit causa, ob quam  
cogi possint. Bartol. in L. Qui habet §. si pupillus n. 2. ff. de Tut.  
Molinæus in Consuetud. Paris. p. 1. §. 6. gl. 6. Moller. Semestr. L. 3.  
cap. 24. n. 6. 7. Reliquæ vero personæ omnes, in quibus non ali-  
quis insignis defectus naturæ, aut quæ jure statutorio aut con-  
suetudine quorundam locorum non arcentur, cuiuscunque di-  
gnitatis aut status demum sint, ritè Curatoris officio fun-  
guntur.

Thes. 7. Subiectum occupans Curatoris nostri est fœ-  
mina, quo vocabulo utitur Imperator pr. 7. de Curat. sub quo  
ut genere omnes mulieres sive nuptas seu innuptas comprehen-  
dimus. Quod de jure Civ. l. 13. ff. de V. S. & ad illam Gœdde-  
us n. 7. §. 11. l. 14. §. 7. ff. de Edil. Edict. l. 11. §. f. ff. de Leg. III.  
ex quibus sub mulieris aut fœminæ nomine virgines viripoten-  
tes contineri fati apparet, dubio carere videtur. Clarius hac  
de re disposuit Sereniss. Legislato Sax. in sapius allegatâ Const.  
15. p. 2. Ibi enim dum prius generaliter vocabulo utatur mu-  
lieris, Weibes Personen / mox illud per tres distinctas species,  
Eheweiber / Jungfrauen und Wittben declarat atque determinat, &  
tandem particulam universalem Omnis vocabulo illi generali ad-  
dit in Verbis: Derwegen denn die Gerichtshalter eines jed-  
weden Orts ungeachtet solches gleich von keinem Part gesucht  
würde/ einer jedweden unbevormündeten Weibes Person zu ih-  
rer Klag und Antwort amptshalber einen Vormund sollen ge-  
ben

ben und zuordnen. Nec refert an absentes aut ignorantes constitutionis sint, aut etiam curatorem accipere nolint. Cum enim & minoribus invitis recte curator detur. §. 2. *f. de Curat.* Ita & mulieri quancquam invitæ rectè dabitur, quod satis clare innuunt verba Constitutionis jam citata, similiterque statuunt Dd. Mevius *ad Jus Lubec. L. 1. Tit. 7. Art. 11. n. 8.* Berlich. *p. 2. concl. 18. n. 2.* Si itaque invitis, multo magis absentibus & ignorantibus *l. 26. ff. d. R. 7. Moller. L. 4. semestr. c. 23.*

Thes. 8. Idem dicendum in muliere extranea seu forensi, quæ extra provinciam vel sub alio iudice, quam coram quo lis agitur, habet domicilium. Hoc enim præsupposito statuto, quo mulier legitimam in iudicio personam standi non habet, curator à Judice recte constituitur, quamvis in provinciâ, in qua degit, curatore nunquam opus habeat. Cuius assertionis ratio in eo consistit, quod cum mulier extranea litem susceperit in iudicio quodam extraordinario, statutis sese loci subiecisse & conformasse quoad actum illum iudicalem expediendum censeatur, proinde etiam à Judice, coram quo lis agitur secundum statuta curatorem accipere teneatur. Berlich *p. 2. concl. 17. n. 55.* Carpz. *p. 2. c. 15. d. 8.* Unde ita Scabini Lips. *Dasß vor allen Dingen nach Gewohnheit dieser Sächsischen Gerichte Klägerin ein Curator ad litem zu verordnen.* Quod multo magis obtinet in muliere nubenti alicui in territorio aliquo viventi, ubi mulieres sine auctoritate Curatoris agere non possunt. Sequitur nempe mulier domicilium & forum mariti, *l. 65. ff. de Jud. l. 13. C. de dign.* Proinde & statutis illius loci, ubi maritus degit, alligatur. Tiraquevel. *de Leg. connub. gl. 8. n. 229.* De muliere Judæa quatenus cum & sine Curatore agere possit vid. Wibel. *in Tr. ad Constit. Wurtenb. de Contract. mul. p. 26.* Neque discrimen erit sive mulier agat sive se defendat in iudicio. Utroque enim casu facilis earum circumventio & læsio, quapropter & ipsis sive agant sive excipiant, Curator dandus; Quod de Jure Sax. expressius alleg: *Constit. 15. in Verbis Sie halten gleich Klägerin oder Best. statt* satis expeditum est.

Thes. 9. Excipiuntur tamen ab hac necessitate accipiendi Curatores ex communi Dd. sententiâ fœminæ illustres, regalia



lia habentes & Jurisdictionem exercentes. Illæ enim cum munera virilia sustineant pro tribunali sedere, ius dicere, arbitri officium suscipere, & alia eiusmodi munia obire possint, insuper Consiliarios ut plurimum secum habeant, ita ut finis intervenientis Curatoris, cum læsio metuenda non sit, cesset merito à necessitate accipiendi curatores liberantur Rutger. Ruland, *Tract. de Commiss. p. 1. L. 1. c. 29.* Hering, *de fidej. c. 7. n. 517.* Schrader. *de feud. p. 1. sect. 1. n. 5. & 6.* Quod ad Comitissas regalia non habentes & fœminas Nobiles haut extendendum. Illis enim Curatoris habendi necessitas itidem iniuncta, ita ut sine illorum autoritate & consensu contrahere aut se obligare haut possint. Sic in summo Provocationum Judicio Elect. in causâ Comitissæ de B. quæ literis cambialibus sine curatore datis sese obligarat, Creditoribus pronunciatum, obligationemque haut validam esse decisum. Cui sententiæ consonam recenset Georg. Schulz. *in Tract. de Obsignatione & dep. pec. c. 1. n. 56.*

Thes. 10. Neque ex generali consuetudine locorum & specialiter ex dispositione Juris Sax. Curatores accipiunt fœminæ mercatrices, ita ut liberæ & sine consensu aut autoritate vel mariti vel Curatoris negotiationem suam exercere, contrahere, & ratione illius sese obligare possit. Quod quidem d. Const. 15. in verb. Insonderheit soll denen Weibes Personen / so zu handthieren pflegen mit Kauffen und Verkauffen in denen Gram und andern dergleichen Waaren ohne Vormund beständig und verbindlich zu schlüssen und zu handeln hiermit unbenommen seyn. Quæ constitutio imprimis cum de literis cambialibus & earum efficacia, ratione mulierum mercaturam exercentium quæreretur per Ord. cambialem Lipsiensem, variaque rescripta Electoralia ampliata, & quidem ut efficaciter mulieres eiusmodi datis literis cambialibus obligentur, decisum fuit. De qua re accuratè & prolixè Dn9 D. Schilling. *in Diss. de Fœminâ Mercatrice cap. 3.* Ubi tenor tum ordinationis cambialis tum rescriptorum Electoralium. Probè tamen considerandum, quæ mulier mercatrix, & hæc constitutio tantum ad illos actus, qui mercaturam respiciunt, aut illius intuitu celebrantur, applicanda. Alias enim utique præsertim in Judicio curatoribus opus habent, ubi Modest. &

D

Hartm.

Hartm. Pist. *Ille p. 1. qv. 24. n. 3. hic L. 1. qv. 4. n. 16.* notant, in dubio semper mulierem mercatricem ratione mercaturæ contraxisse pecuniamque eo collocasse censerî.

Thes. II. Illud quæsitum est, num mulier mercatrix mutuatam accipiens pecuniam mercibus cœmendis absque autoritate aut consensu curatoris ædes & fundum in iudicio creditori hypothecare poterit. Negat hoc *Moller. p. 2. const. 15. n. 33.* Placeat tamen contraria sententia *Berlichii p. 2. Concl. 17. n. 92.* Mercaturâ enim concessâ mulierî, media etiam illa eo ducentia concessâ videntur. *l. 2. ff. & ibi Dd. de Jurisd.* Sine mutuô enim, & pecuniâ & sic sine constitutione hypothecæ mercatura subsistere haut potest, & cum principalis contractus & obligatio non sit prohibitus, pignus tanquam accessorium simul concessum, videri debet. *Tiraqvell. Tr. de Leg. connub. gl. 5. n. 110.* Nec moratur, quod hypothecæ rerum immobilium in iudicio fieri soleant, mulier autem in iudicio versari non possit. Nam in hoc casu non actricis aut reæ vicem, sed debitoris, qui hypothecam constituere vult, sustinet. Cui accedit constitutionem hypothecæ in scriptis impetrari posse & ita comparitione in iudicio opus non esse. *Berl. d. c. n. 93.*

## CAPUT IV.

### De Objecto Curatoris mulieris.

#### Thes. I.

**O**bjectum Curatoris nostri fœminei constituunt omnis generis negotia, obligationes, conventiones, & contractus, imo & distractus & dissolutiones obligationum, quæ subinde à mulieribus expediuntur, sive illa negotia sint iudicialia sive extraiudicialia, sive præsentia sive futura, sive cum eo qui est Curator & maritus, sive cum alio suscipiantur, ubi mulier agit vel se defendit, aut etiam se ipsam vel principaliter, vel secundario contrahendo obligare & eo ipso conditionem suam, dete-

deteriorem reddere potest: In omnibus eiusmodi actibus, inquam, curatorem qui auctoritatem suam consensumque rite interponat, mulieres adhibere necessum habent. Quæ quidem assertio adeo generalis non est, ut non quam plurimas patiatur limitationes, quas tamen omnes, cum negotia conventiones & obligationes mulierum fere sint innumeræ recensere instituti mei haut est. Sed tantum summarie contractus & obligationes tum Juris Gentium civiles, qui potissimum negotia extrajudicialia, in quibus curatore mulieribus opus est absolvunt, additis negotiis judicialibus enumerare breviter statui.

Thes. 2. Et primo quidem de negotiis extrajudicialibus, quæ, ut dixi, in contrahendo & se obligando tum & obligationes & contractus dissolvendo, terminantur. De contractibus ordine, & jam de realibus videamus. Mutuam itaque pecuniam si quis mulieri dare velit, ita contractum mutui celebrare necessum est, ut hoc faciat mariti aut alius curatoris interveniente auctoritate & consensu. Cum enim in genere mulier demtâ hac solennitate contrahere non possit; Constit. 15. p. 2. mutuum autem sine dubio sit contractus l. 1. §. 2. ff. de O. A. l. 2. §. 2. ff. de R. C. pr. 7. quib. mod. re. ita hætenus necessario præsentia curatoris in hoc contractu requiritur, secus sentiente Carpz. p. 2. c. 15. d. 14. qui tamen magis ad consuetudinem quæ hoc casu existente probanda venit, assertionem suam restringit, quam ut iure niti illam, affirmet. Sustinetur tamen ex æquitate, si mulier inde locupletior facta, aut pecunia in eius utilitatem versa, sit, aut si dolose & fraudulenter egerit. Carpz. d. l. def. 15. quo tamen priori casu probatio creditori, eam locupletiores factam esse, incumbit, arg. l. 2. §. 5. ff. de Probat. & pres. Zang. de Except. p. 3. c. 1. Quid si autem eiusmodi pecunia absque consensu mariti, aut curatoris mutuo data apud debitorem mulieris casu pereat, ad quem periculum rei deperditæ spectabit? ego cum Berlichio aliisque Dd. Sax. debitori perire existimo. Quamvis enim dominium pecuniæ sic mutuo datæ, cum contractus ipso jure nullus fuerit, non transierit, res autem pereat suo domino l. 9. C. de pign. act. l. 1. §. 11. ff. de peric. rei vend. illam tamen regulam in illis, penes quos iure communi non iure speciali remansit,

dominium, procedere statuunt Dd. Nimirum Jure communi cum mulieres valide contrahant, & dominium illo iure ad debitorem transiit, & rem illi perire dubium non est, remanet autem, jure speciali Sax. penes mulierem & tamen perit debitori, fictione Juris in specialem favorem mulieris introducti. Berlich. p. 2. concl. 17. n. 115. sequ. dissentiente late Tiraqvell. de Leg. connub. gl. 8. n. 277. Idem iuris, quod in mutuo obtinere iam dictum ob generalitatem sæpius allegatæ Constit. & in Commodato locum habet, quem Contractum realem *toto tit. ff. & C. Commod. §. 2. §. quib. mod. re.* stante hac constitutione sine autoritate & consensu Curatoris, aut mariti mulier celebrare haut poterit. Sequitur depositum, ubi certe iure Civ. libere tum depositum, suscipere, quam depositarii esse possunt omnes, qui rationis usum habent, sive mas sive foemina *l. 36. pr. ff. de pos.* secus tamen ex dispositione iuris Sax. ubi nec mulieri hunc contractum realem exercere sine solennitate præscripta integrum est. Carpz. p. 2. decis. 141. quo loco tamen contrarium in Scabinatu Lips. cum de restituendo deposito quæreretur, confessioque mulieris depositariæ intervenisset, ex æqvitatibus & aliis ibi adductis rationibus pronuntiatum esse tradit. Quid iuris in sequestratione? vid. Clut. & Gœddeus Tractatibus *de sequestrationibus p. 115. & 203.* Minus dubii est in contractu pignoratitio, qui etsi iure Civ. mulieribus permissus, *l. 12. C. de pign. & hyp.* in foro tamen Sax. sine mariti aut Curatoris consensu iniri non potest; dict. *const. 15.* Quod imprimis de oppignoratione bonorum immobilium intellectum velim, cum virginibus & viduis de mobilibus ad certam summam 500. solidorum facultas libera disponendi concessa fit, super quam quemlibet contractum, si definitam summam non excedant, celebrare poterunt Carp. p. 2. c. 15. d. 15.

Thes. 3. Visis contractibus realibus progrediendum ad consensuales. Emere igitur vendereque mulieri de jure Civ. prohibitum non est. *l. 12. ff. P. V.* Secus iterum de jure Sax. ubi mulieri maritatæ absque consensu mariti, innuptæ autem absque curatoris constituti autoritate omnis alienatio prohibetur d. *const. 15.* Verbis: *Stlechter Gestalt &c.* Quod eò usque extendunt Dd. ut nec uxor marito aliquid vendere possit, nisi interveniente hoc  
lingu

singulari curatore qui auctoritatem negotio ejusmodi interponat.  
Rauchb. p. 1. qu. 32. pr. Modest. Pift. Vol. 1. cons. 1. n. 24. Moller.  
ad const. 15. p. 2. n. 50. Cujus rei rationem L. 5. pr. ff. de auctor.  
tut ubi quis in propria causa autor esse prohibetur, docet, quod  
in decis. noviss. Elect. 24. clarius dispositum, cautumque ut si mu-  
lier maritata præter maritum curatorem constitutum in genere  
habeat, in alienatione & sic in venditione bonorum præter auto-  
ritatem mariti & hujus accedere debere, addita ampliacione, quod  
si maritus in propriam utilitatem contraxerit, bonaque immobilia  
spe successione alienaverit, idque sine auctoritate curatoris alius in-  
tervenientis factum sit, non solum ab hujusmodi contractu recede-  
re mulieri integrum esse, sed & si illud vivente eadem non con-  
tigerit, pecunia ex alienatione tali redacta, non maritum sed hæ-  
redes uxoris gaudere. d. dec. 24. De venditione gerada ab U-  
xore marito idem dispositum, ita ut adeo necessaria sit præsen-  
tia Curatoris sive generaliter sive ad hoc in specie constituti, ut  
nullo modo valeat venditio, nisi coram Notario & testibus fa-  
cta sit, teste Carpz. p. 2. c. 13. d. 10. Goldbecc. de Gerad. c. 7. m. 4.  
n. 93. Nec hic contractus emtionis venditionis absque solen-  
nitate dicta celebratus morte eiusdem convalidatur, nec hæredes  
illam quovismodo observare tenentur. Quod non tantum verba  
ultima Deciss. allegata 24. innuunt, sed etiam quamvis regula  
fit, hæredes liberosque contra factum parentum & antecessorum  
venire non posse. l. 14. C. de R. V. illam regulam tantum proce-  
dere, si contractus per se validus & firmus, non autem si ipso  
Jure nullus, & contra dispositionem eiusdem factus sit, quod hoc  
casu dicendum videtur, expediti iuris est. l. 7. C. de agric. &  
censit. Moller. ad const. 15. p. 2. n. 94. seqq. Berl. sæpius allega-  
ta concl. 17. n. 122. 123. Proxima emtioni venditioni est locatio  
conductio, quæ mulieri jure Civ. l. 13. C. de jure dot. l. 52. pr. ff.  
de don. inter vir. permilla, iure tamen Sax. etiam sine auctori-  
tate Curatoris interdicta. alleg. const. 15. in verb. Gleicher gestalt.  
Est enim locatio conductio species quædam alienationis l. 1. pr.  
C. de Jure Emph. l. ult. C. de reb. al. non al. Carpz. p. 2. C. 37. d. 2.  
Cum autem locatio conductio duplex sit, rerum nimirum & ope-  
rarum, hanc assertionem, ad priorem speciem tantum non ad po-  
sterio-

Meriorem extendendam esse dubium non est. Huic contractui proxima est societas, quæ quidem de Jure Civ. à muliere recte contrahitur. *l. 17. §. 1. ff. sol. matr.* ita ut etiam inter virum & uxorem contracta valeat *l. 20. ff. de R. J. l. 32. §. 24. ff. de donat. inter vir.* Attamen secundum constitutionem Sax. cum societas sit contractus obligatorius *l. 23. ff. de R. J. §. t. t. ff. §. C. pro soc.* nec illam mulier sine consensu aut autoritate mariti vel curatoris inibit, quia de re ob rationis paritatem eo minus dubitandum, cum & minor demum cum autoritate Curatoris contractum societatis valide celebrare possit *C. J. A. L. 17. ff. Disp. 6. th. 5. n. 5.* Consensualibus contractibus annumeratur mandatum *t. t. ff. §. C. Mand.* quod à causâ materiali commodè in extrajudiciale & iudiciale dividitur. De posteriori supra iam quædam monui ab illoque suscipiendo iure Sax. mulieres excludi dubium non est. De extrajudiciali idem dicendum idque ex generalitate Constitutionis 15. cum mandatum inter contractus obligatorios numeretur, obligationem autem mulieri absque solennitate contrahere non liceat.

Thes. 4. Annectenda his contractibus consensualibus donatio, quæ in genere est vel donatio propria vel impropria *l. 1. ff. de donat.* Jure Civ. priorem celebrare omnibus permissum, qui liberam rerum suarum administrationem habent, ita ut mulier etiam res suas paraphernales *l. 6. C. de rev. don.* non autem dotales *l. 21. C. de donat.* valide donare possit. Jure autem Sax. ad quamcunque donationem opus habet Curatore aut consentiente marito *Coler. p. 1. dec. 12. n. 39. Tiraquell. de Leg. conn. gl. 5. n. 43. 44.* quod quidem quoad mulierem maritatum in omni omnino donatione qualiumcunque bonorum obtinet. *Weichbild art. 65. Landrecht l. 1. art. 65. Zobel. differ. Jur. Civ. & Sax. L. 1. diff. 7. & L. 2. diff. 7. Berl. part. 2. concl. 17. n. 18. Wes. in paratit. Tit. de donat. n. 4.* In vidua autem & virgine quoad mobilia 500. solidorum summam non excedentia in *Constit. 15. Verb. Wie denn auch die Wittwen und Jungfern limitatum.* Vid. *Carpz. ad const. hanc 15. def. 15. Kœppen. L. 1. Obs. 100. n. 21. seqq.* Rationem legis auguror eam esse quod mulier raro donet, ita ut juxta Tiberium Decianum *J. Resp. 32. n. 7.* loco miraculi haberi debeat, cum mulier donet.  
De

De cetero, in omni aliâ donatione inter vivos opus erit curatore, quod & in antidotali s. remuneratoria geradæ donatione inter virum & uxorem alia penitus interdicta vel maxime necessarium *Const. Elect. 13.* multo magis autem si donatio geradæ fiat extraneo, tunc enim quamvis Notarius cum testibus adfuerit curator autem auctoritatem suam non interposuerit, donatio nulla erit, quod *post decis. Elect. nov. 23.* expediti juris est, in quâ adhuc donatione extraneo facta à muliere maritatâ, vivente adhuc marito & consentiente alterius curatoris auctoritas interveniens requiritur. Vid. Schultes. *in addit. ad Modest. Pist. p. 1. qv. 14. n. 19.* Coler. *p. 1. dec. 12. n. 62.* Donationis species sunt sponsiones & ob eam rationem cum donare sit alienare absque solennitate faciendæ mulieribus interdictæ. Quid autem si mulieri doneatur, an & ad donationem accipiendam opus erit curatore? & ita Berl. sæpe citata *concl. 17. n. 23.* probans ex art. 44. l. 1. *Landrecht* cum additâ ratione, mulierem ex donatione donatarii naturaliter obligari, *l. 25. §. 11. ff. de her. pet.* Obligationem autem nullam mulierem absque consensu Curatoris aut mariti inire posse, quod tamen secus videtur, ita ut utique etiam in acceptance donationis non opus esse curatore mulieri statuamus, negata allegatâ ratione Berl. liberum interim mulieri donationem absque consensu Curatoris repudiare. Paulus de Castro. *Vol. 2. conf. 171. n. 1* Si tamen mulier mater velit donare liberis suis etiam bona immobilia, cum donationem ex pietate non imbecillitate *l. 7. C. de postlim. rev.* quæ causam constituendi Curatoris facere videtur, absque eiusdem consensu hoc casu valide donabit. Zobel. *part. 2. diff. 22. n. 12.* Carpz. *ad Const. 15. d. 8.* ubi præiudicia Dominorum Scabin. Lips. Et hæc etiam de donatione pro ratione instituti dixisse sufficiat.

Thes. 5. Progrediendum nunc ad alios contractus iuris Civ. quibus annumeratur Contractus Emphyteuticus. Math. Wesenb. *in ff. si ag. vect. pet. n. 2.* Gœddeus *ad L. 27. ff. de V. S. n. 9.* Bocerus *Class. 2. Diss. 14. th. 1. & 2.* Fœmina itaque jure Civ. modo administrationem rerum immobilium habeat, in Emphyteusin concedere bona sua potest. *l. 1. 2. 3. C. de Jur. Emph.* Uti nec recipere emphyteusin, modo idonea sit ad solvendum

vendum canonem, non prohibetur *d. l. 2. §. 3. C. de jur. Emph.*  
Verum cum Jure Sax. contrahere, aut res suas alienare sola non  
possit; ita & tum in concessione, tum in acceptione emphyteu-  
seos, cum imprimis utroque casu circumventio facillima, opus ha-  
bere mariti vel Curatoris autoritate & consensu ob generalita-  
tem constitutionis nostræ 15. concludimus, ad exemplum mino-  
ris, qui sine autoritate Curatoris & judicis decreto contractum  
emphyteuticum celebrare haut potest. arg. *l. 1. & 2. ff. de reb.*  
*eor. qui subtit.* Nec obstat acceptionem emphyteuseos in mera,  
causa lucrativa consistere, neque enim illud perpetuum, sed vel  
ob canonis solvendi difficultatem, vel nimiam eiusdem summam  
sæpius plus damni quam lucri afferre poterit. Accedit, emphy-  
teutin speciem quandam locationis conductionis esse, quam ce-  
lebrare mulier, ut jam dictum, non poterit. Ita contractum stipu-  
lationis, quod liberum Jure Civ. mulieri *l. 4. & 5. C. de contrah.*  
*& committ. stip.* Jure tamen Sax. similiter absque solennitate per-  
ficere non potest. Continet enim ille firmissimam obligatio-  
nem, quæ omnino per jura sæpius allegata à muliere fieri non  
potest, quod iterum ad exemplum minoris, cui comparatur,  
mulier, accommodare licet. Ille enim in contractu stipulatio-  
nis non interveniente Curatore non obligatur. Gœddeus *cap. 7.*  
*concl. 14. n. 267. in Tr. de contrah. vel committ. stip.* Consensualibus  
demum contractibus simillimus contractus chirographarius, seu  
literalis (quem etiam juris Civ. esse vult Herm. Vulteius. *L. 1.*  
*Jurispr. Rom. cap. 40. Bocerus Diss. 14. th. 95. seqq.*) hunc tamen  
jure Sax. per sæpius allegatam constit. cum obligationem indu-  
cat, sine curatoris autoritate celebratum nullius efficaciam ratio-  
ne vel dantis vel accipientis esse statuimus. Berl. sæpius citatâ  
*concl. 17.*

Thes. 6. Seqvuntur jam contractus innominati, & qui-  
dem permutare cum sit contrahere *l. 1. de rer. perm.* proximeq;  
accedat emtioni, imò etiam species eiusdem dicatur. *l. f. ff. d.*  
*R. P.* nec non alienatio audiat *Nov. 8. c. 1.* sine Curatoris aut  
mariti autoritate in foro Sax. rectè prohibetur, quod & idem  
obtinebit in pollicitatione, quæ pro qualicunqve promissione  
accipi solet *l. 3. C. de don. ant. nupt.* imo ut donatio *l. 3. §. 1. ff.*  
de



de pollic. audit, & contractus sit innominatus, efficacemque pariat obligationem l. 1. 2. 3. ff. d. pollic. quod assertum & in voto, ut specie generaliter sumto vocabulo pollicitationis procedit per can. caus. 33. qv. 5. & ad illum Dd. Idem in ceteris contractibus innominatis obtinere, ex generalitate Jurium allegatorum facile colligas.

Thes. 7. Hæc autem omnia, quæ de contractibus dicta sunt non minus in quasi contractibus, si modo eadem ratio vigeat, ubique procedere, & valere secundum regulam l. 2. §. 4. §. 36. §. ult. ff. de judic. & arg. l. 7. ff. de his quæ vi metusve caus. traditam, statuunt Dd. Ant. Tiraqv. de Leg. connub. gl. 5. n. 127. Harpr. ad pr. J. de obl. quæ ex qs. contr. n. 7. Ita cum jure Civ. valide mulier alterius possit gerere negotia l. 3. §. 3. l. 34. ff. de N. G. Jure tamen Sax. sine autoritate Curatoris à muliere negotia absentis ad effectum obligationis respectu mulieris citè non geruntur, cum & hic læpius allegata ratio constitutionis valorem suum haut perdat, sed potius hoc in qs. contract. ex quo firma obligatio nascitur, illam valide obligari haut finit, non tamen ut écontra si aliquis mulieris negotia gesserit utiliter, non teneatur mulier actione utili N. G. ut idem Tiraqv. gl. 5. n. 124. Secundum locum in qs. contractibus occupat tutelæ administratio §. 2. J. de obl. quæ ex qs. contr. à quo utpote virili officio mulieres plane arcentur. l. 2. ff. d. R. J. l. 9. ff. de cur. fur. Jure tamen novissimo Justinianéo per l. 2. l. f. §. aut. matris & avia C. quomodo mul. off. tut. fung. nec non N. 118. c. 5. mater, avia &c. recte munere tutelæ liberorum suorum funguntur, quæ tutela jure jam dicto mulieribus permessa & concessa est jure Sax. Landrecht l. 1. art. 2. in fin. variis tamen circumscripta, modis, de quibus vide Dd Sax. Heig. p. 2. qv. 13. n. 45. Wefenb. in paratit. ff. de Tut. n. 5. Schultes in addit. ad Modest. Pist. quest. p. 1. qv. 17. n. 11. Hanc igitur etsi rite susceperint mulieres matres, nihil tamen quicquam sine Curatoris illis constituti autoritate tam in judicio, quam extra Judicium facere possunt, sed ubicunque eiusdem consensu opus habent. Carpz. p. 2. c. 11. d. 11. 12. seqq. ubi simul notandum, ad bona feudalia tutelam matris ita, ut excludat agnatos in foro Sax. non extendi, ut eleganter

E

Heig

Heig. d. qv. 13. n. 43. & Pist. l. cit. n. 7. & ibi Schultes in addit. Sed & si contingat in communione rerum & familiae quæ tertiam & quartam qf. contractuum speciem constituunt, simul existere mulieres, secus ac de Jure Civ. l. f. C, comm. div. Jure Sax. indistincte mulier mariti aut curatoris consensu & autoritate opus habebit, quod quoad posterius expresse innuunt verba Constitutionis 15. p. 3. Wenn auch ein Mann und Weibes Person zu einem Erbe gehören, so soll der Mann ohne Unterscheid des Alters die Erbe haben / und die Weibes Personen mit einem Vormund theilen. Rauchb. p. 1. qv. 41. n. 6. seqq. Ratio in eo consistit, quod divisio obtineat speciem emtionis l. 1. C. comm. utr. Jud. itemque permutationis l. 79. §. 18. ff. de leg. 3. Emerere autem & permutare est contrahere. Minus dubii est in aditione hæreditatis quintâ specie quasi contractuum §. 5. 7. de obl. quæ ex qf. contr. Illa enim cum vel maximo periculo læsionis conjuncta sit, neque exinde semper lucrum sed damnum potius in adeuntem emergat, neque hoc in qf. contractu mulier sine consensu aut autoritate vel mariti vel Curatoris validè aget, cum ratio legis, quæ succurrit imbecillitati mulierum, & ne circumveniatur prospicit, hoc casu vel maxime obtineat. Shneid. ad §. 2. n. 44. 45. seqq. 7. de act. quod tamen tantum ad aditionem hæreditatis extranei cuiusdam restrictum velim, non patris aut matris. Has enim & sine autoritate curatoris recte adibit mulier. Berl. p. 2. concl. 17. n. 34.

Thes. 8. Adiungit his quinque qf. contractuum speciebus Imp. Justinianus §. 6. 7. de obl. quæ qf. ex contr. Solutionem indebiti. Conditionem exinde competentem, mulieri, si errore aliquid solverit, dari ad repetitionem dubium non est. Quod & in eo casu, si quid ex obligatione sine auctoritate Curatoris contractum, jus ignorans, solvat mulier, obtinebit, quanquam n. regulariter per text. l. 10. Cod. de Jur. & fact. ignor. cesset repetitio, tamen illam ad mulieres haud extendi docet l. 8. §. 3. ff. ad Sct. Vellejan. & in genere obligationes absq. Curatoribus contractas non nocere vult, nostra constitutio ut not. Mceller. ad const. 15. p. 2. n. 91. seqq. Berlich. d. conc. 17. n. 114. & ita Judicatum in Scabinatu Lipsiensi tradit Carpz. c. 15. p. 2. d. 2. Thes.

Thef. 9. Dictum haftenus de modis contrahendi, quo loco commode eos addimus modos, quibus obligatio tollitur, & quatenus in illis mulier curatore opus habeat, vel non. Non enim minus in distractibus obligationum, quam contractibus eandem ratio juris militat, cum magis metuendum sit incommodi aut damni, ad quod evitandum Curator datur mulieri, in liberatione quam in obligatione arg. l. 31. §. 1. ff. de R.C. Quare mulier sine consensu mariti, aut autoritate Curatoris solutionem non recipit. Idem Juris si mulieri solvatur. Sicuti enim minoribus absque autoritate Curatoris non recte solvitur, ut in de liberatio contingat l. 7. §. 2. ff. de min. §. 2. §. 7. quib. al. lic. Sic & mulieri, cui & in hoc casu (Dd. ad d. §. 2.) minor æqui paratur, solutio ad effectum liberationis à debitore non fit, quod idem jure Sax. ex verbis *constit. 15.* Damit sie sich gegen ie mand verpflichten / satis expeditum est. Dante igitur sic quietatione muliere supra solutionem factam, non tamen simul à Curatore subscripta non liberabitur illa producta debitor, neque quicquam detrimenti mulier aut hæredes ejus inde accipiunt, nisi forte pecunia adhuc extat, aut mulier locupletior ex illâ facta sit, quo tamen casu, ut supra monui, onus probandi in ipsum debitorem volvitur. Vid. Moller. *ad. const. 15. p. 2. n. 52.* & cautelam debitoris in solutionibus mulierum adhibendam apud Zang. *de Except. p. 3. c. 1. n. 93. seqq.* Et hoc modo responsum in Scabinatu Lipsi. Diereil aber dennoch das Weib bey solcher Zahlung und Quittung keinen Kriegischen Vormund gehabt / so mag ihr auch gedachte Zahlung zu einigen Schaden und Nachtheil nicht gereichen / sondern sie ist selbige zu hinterziehen wohlbefugt. Sufficit tamen consensus mariti, & subscriptio eiusdem ad debitorem liberandum, nisi sit super divisione generali hæreditatis. Tunc enim & alio Curatore opus erit. Coler. *p. 1. dec. 66. n. 3.* Rauchb. *p. 1. qu. 2. n. 3.* Cz. *loc. cit. d. 22.* Ex pari ratione, nec mulier remissionem debiti aut pactum de non petendo absque consensu mariti, aut curatoris facere potest. Hæc enim nihil aliud sunt, quam donationes quædam l. 44. in fin. ff. de Oper. lib. l. 29. §. 1. ff. de donat. l. 42. ff. de Nov. Mulierem autem sine curatore donare non posse iam supra à me dictum, Vid. Moller. *ad*

Const. 15. n. 25. & Tiraqv. de Leg. conn. gl. 5. qu. 10. dissentiente  
Tuscho Tom. 7. Concl. 599. Huic confine Novatio, quæ est mu-  
tatio debitoris aut causæ debendi, ita ut & in illa autoritas Cu-  
ratoris aut consensus mariti intervenire debeat. Est enim no-  
vatio solutioni similis, arg. l. 31. §. 3. ff. de Novat. ita & idem,  
juris quod in solutione hic obtinebit. Cumque delegatio et-  
iam sub voce solutionis comprehendatur, isque qui delegat sol-  
vere dicatur, l. 18. §. 3. ad Sc. Vellej. ita & hic non dubitandum  
secundum iura iam iam allegata in delegatione solennitate præ-  
scripta opus esse. His adde acceptilationem, quæ non minus  
quam solutio est modus liberandi. l. 1. 2. §. ff. de Accept. Quid  
de compensatione? & illa species solutionis. audit l. 11. ff. de  
compens. Zang. de Except. p. 3. cap. 8. n. 1. Compensare enim,  
numerare & solvere est si non naturaliter, civiliter tamen, quod  
posterius cum priori unius eiusdemque efficaciam l. 16. ff. de adopt.  
l. 23. ff. de lib. & posth. Hering. de fidej. cap. 20. §. 6. n. 2. & 13. Si  
porro contingat, mulierem transigere velle, & illa cum species  
alienationis censeatur l. 1. §. 9. ff. si quid in fraud. patr. si non ri-  
te consensu mariti aut autoritate Curatoris fiat, nullius momen-  
ti erit. Vide Tiraqv. gl. 5. n. 205. Quæsitum hoc loco est,  
an generaliter remittere injurias illatas mulier sola valeat, &  
mihi sententia negativa, si quid in foro soli juris obtineat, conside-  
remus, placet. Remissio enim utique habet vim donationis  
l. 29. ff. de donat. donare autem & transigere nisi adhibito Cu-  
ratore mulieres non posse iam iam ostendi. In cessione jurium,  
& actionum de Jure Sax. consensum vel mariti, vel autorita-  
tem Curatoris necessarium esse vel exinde patet, quod cessionis  
vocabulum sub alienationis voce contineatur. Cedere enim,  
nihil possumus nisi quod nostrum, aliena autem restituimus.  
Calvinus Lex. Jurid. in Voce Cessio. Plane si & revocare to-  
tum contractum velit mulier, & illo casu hac solennitate opus  
habebit. Generale enim illud, qui contractum solus facere  
nequit, nec ab illo solo revocari posse arg. l. 31. ff. de S. P. R. &  
ibi gl. cum Dd.

Thes. 10. Denique absq; curatoris autoritate nec vali-  
dè juribus suis renuntiare poterit fœmina, quæ res per const.  
Elect.

Elect. 16. expedita, habentq; secundum illam renuntiationes mu-  
lierum tria potissimum requisita. Necessse enim est 1.) ut fianc  
coram iudice in iudicio. 2.) ut mulier vel virgo vel vidua vel marita  
sit maior natu. 3.) ut accedat Curatoris autoritas, quibus addunt  
4.) ut mulier certioretur de beneficio cui renuntiat. Ex qui-  
bus requisitis tertium Curatoris nempe autoritas interveniens  
adeo necessarium est, ut quamvis confirmata sit renuntia-  
tio iuramento, tamen nulla sit deficiente curatore. Berl. p. 1. c.  
17. n. 105. Zang. de Exc. p. 3. c. II. n. 201. seqq. Diff. Ant. Hering.  
de Fidej. c. 7. n. 513. Plura de materia Renuntiationum mu-  
lierum earundemq; requisitis vid. Dd. Sax. Berl. p. c. 21. per tot.  
CZ. c. 16. p. 2. Rauchb. Zang. dict. loc. & alios.

Thes. II. Hoc loco de intercessionibus ceterisq; obliga-  
tionibus mulierum, quibus non principaliter, accessorie tamen &  
secundario obligantur, dicendum erit. Et quidem jure Civ. &  
comm. expeditum est, pro lubitu cum alio mulierem contrahere  
posse. l. 2. ff. ad Sct. Vellej. Cui assertioni cum consequens sit,  
illum, qui valide principaliter se obligare potest, etiam pro alio  
fidejubere & intervenire posse. Illud tamen & jure Civ. in fœ-  
minis restrictum per Sctum. Vellej. vi cuius intercessionibus mulie-  
rum, i. e. interventionibus, obligationes pro aliis prohibita sunt.  
l. 1. 2. ff. & C. ad Sct. Vellej. l. 3. 48. ff. de fidej. Cujus Scti ra-  
tionem tum Jcti Paulus & Ulpianus l. 1. §. 1. l. 2. §. 2. ad Sct.  
Vellej. tum Imperator l. 22. C. eod. tradunt. Et huic pro se in-  
troducendo beneficio mulier jure Civ. valide renuntiare non pote-  
rat, d. l. 22. C. ad Sct. Vellej. Hilliger ad Don. L. 12. c. 32. Lit. D.  
& not. Zang. de Except. p. 3. c. 11. n. 156. A. Hering. de fidej. c. 3.  
n. 469. seqq. Wef. ad ff. Tit. ad Sct. Vell. n. ult. Aliter disposi-  
tum Jure can. c. 9. X. de Jurej. Rauchb. p. 1. qv. 34 n. 4. quo intro-  
ductum, ut non tantum jurata, sed & nuda & simplex facta re-  
nunciatio valeat. Cuius dispositionem sequitur Jus Elect. Sax.  
quod supra, cum de renuntiationibus in genere, & requisitis ea-  
rundem quaedam dicta sunt, notavimus. Itaq; hactenus & ces-  
sat dispositio Juris Civ. in renuntiatione & in ipsis intercessio-  
nibus. Non enim fidejubere pro alio mulier prohibetur Jure  
Sax. adhibitis tamen certis solennitatibus d. const. 16. in f. Moller.

ad illam in pr. seqq. Berl. p. 2. c. 19. n. 145. Multum tamen interest, mulier pro extraneo intercedat, an pro marito. Quoad illum facilius admittitur intercessio, quam quoad hunc, cum facile persuasionibus & blanditiis maritalibus induci queat. Hinc, inquam, renunciationem mulieris pro marito in rebus dotalibus fieri oportet iurato, & quidem secundum formulam solennis iuramenti. Quod decisum Noviss. Dec. 25. ibicq. Phil. Obs. 2. Quæ tamen ceteras solennitates, de quibus supra monui, non excludit. Si autem quis fidem suam pro muliere sine autoritate curatoris contrahente interposuerit, an & ille efficaciter obligabitur? Mihi affirmativa placet, per deducta à Moller. c. 15. n. 59. seqq. Hering. de fidej. n. 3. secus quamvis sentiente Tiraqv. de Leg. conn. gl. 4. n. 12. & Berl. p. 2. c. 17. n. III.

Thes. 12. De constituto, quod nihil aliud est, quam debitorem se facere, & alterius in se transferre, vel suscipere obligationem Dd. ad §. 9. f. de act. wes. in Par. ff. de Const. pec. n. 2. In foro Sax. quæsitum est, & quamvis ex sæpius adductis rationibus ad obligationem à muliere suscipiendam sufficiat curatoris autoritas regulariter, non tamen hoc casu, sed necessario ut iuratò debitum in se suscipiat requiritur. Et ita pronuntiatum in Scab. Lips. Ob gleich daß Eheweib durch ihren Curatorn versprochen &c. Dieweil aber dennoch solches nicht endlich geschehen &c. Cz. p. 2. c. 16. d. 2. quod in seq. def. 3. ad viduam post mortem mariti ex constituto debitum eius in se recipientis extendit. Et hæc in genere de contractibus, distractibus, negotiisq. extraiudicialibus breviter dicta sunt, quibus addimus quædam de Jure Rerum.

Thes. 13. Rerum summa quædam divisio ea est, quæ sunt corporales vel incorporales. De corporalibus & quatenus in illarum alienatione aut acquisitione autoritate curatoris in mulieribus opus sit, hinc inde in præcedentibus dictum. Pauca itaq. adhuc de rebus incorporalibus s. juribus, quæ tam mobilibus quam immobilibus à Dd. quamvis propriè tales non sint l. 2. ff. de re jud. accensentur. Gail. in obs. L. 2. o. II. n. II. Carpz. p. 3. c. 23. d. 8. & c. 24. d. 1. Schütz. in comp. ad Tit. ff. de R. D. in f. Ex his servitutes, quæ rebus immobilibus in hærent, & proinde inter illas compu-

computantur. Gail. de l. mulier rebus, aut prædiis suis non im-  
ponere, aut jam constitutas remittere, aut non petendo amittere  
per se & sola non valet. arg. c. 15. Sax. Hart. Pift. O. 198. n. 4.  
Omni enim casu aut obligatio quædam, aut alienatio intercedit,  
aut damnum metuendum, quorum evitandorum causa, curato-  
ris autoritate ubiq; opus erit, quod idem in minore l. 7. ff. de  
min. dispositum videmus. De debitis nominibusq; debitorum,  
illorumque instrumentis, in quibus debita continentur, ut & a-  
ctionibus si alienare, transferre, pignori dare velit mulier (De  
cessionem supra dictum) quanquam nec res mobiles nec immo-  
biles propriè sint, sed certam quandam & separatam speciem con-  
stituunt, sine autoritate curatoris aut consensu mariti, illud effi-  
caciter fieri nequit, quod & de annuis redditibus, decimis & aliis  
portionibus, quas ex feudo aut alio immobili percipit mulier, ob  
legem & legis rationem, quæ in genere omnem obligationem,  
alienationem & contractus mulierum sine solennitate prohibet,  
statuendum. Quæstio & mota hoc loco à Dd. an foemina cum  
curatoris autoritate sese in casu non factæ solutionis ad carce-  
res obligans, rectè incarceretur. Quod de iure communi ne-  
gant Moller. ad Constit. Sax. 21. p. 2. n. 8 Hering. de fidej. c. 17.  
n. 27. Coler. de proc. ex. p. 1. c. 6. n. 105. Expeditum tamen illud  
est Jure Sax. per Const. Elect. 21. p. 2. ubi Serenis s. Legislator  
Ob denn wohl eine Weibes Person in causa civ. nicht zu  
incarceriren, Dennoch so sie dieses certioriret, und gleichwohl hie-  
rüber sich wissentlich zu Personlichen Arrest oder Gehorsam ver-  
schrieben/ oder beständig zugesaget/ so wäre sie es auch zu halten  
schuldig. Quod in verbis seqq. tantum ad debita ex quibus  
principaliter obligata est restringitur, nisi beneficio Scti Vellej.  
intercedendo pro aliis firmiter renuntiaverit. Et hoc in eius-  
modi obligatione quartum requisitum cum in propriis per d.  
const. certioratio curatoris autoritas (beständig zugesaget) & pro-  
prium debitum sufficiat.

Thes. 14. Quid si mulier executrix testamenti dicta sit?  
(Potest enim officio hoc fungi) c. 3. X. de Test. l. 15. pr. ff. de  
al. l. cib. leg. nec illud sine autoritate curatoris, aut mariti con-  
sensu facere posse statuendum videtur. Berl. sæpius citata 2 17.  
n. 36.

n. 36. Ubi quidem distinguit inter actus iudiciales & extraiudiciales ratione executionis testamenti.

Thes. 15. Sequntur iam actus iudiciales mulieris, de quibus supra iam cap. 2. ubi de constitutione Curatoris nostri egi, quædam à me dicta sunt. Reliqua breviter & summatim hic adiungam. Mulier itaque in genere legitimam personam standi in iudicio non habet, sed semper autoritate & consensu curatoris indiget. Et cum Citatio fundamentum & principium sit iudicii, §. f. J. de pæn. tem. lit. nil refert, cui in causis mulierum fiat denuntiatio, aut insinuatio citationis. Quamvis enim sit actus iudicialis, tamen si ad domum insinuatio citationis fiat rite facta censetur, muliereque non comparente, in contumaciam pronuntiatur, modo constet, citationem quovis modo ad illam pervenisse, quod eo minus caret dubio, si insinuatio citationis fiat marito, tum quia quasi procurator est uxoris suæ l. 21. C. de Proc. tum quod illa, quæ marito cognita & uxori eius haut incognita esse præsumatur. Illud tamen in contrarium non procedere statuunt Dd. si maritum attinens citatio, uxori eius insinuata sit. Ioach. Mynsing c. 3. O. 37. Treutl. D. 4. tb. 4. Lit. C. adeò ut maritus ut contumax non possit condemnari. Mynsing. d. I ubi addit quasdam limitationes. Quamquam hanc observationem observantia fori hodie respuat. Citationis finis & effectus est ipsa comparitio in iudicio, ubi mulier quæcunque citata vel per alium comparere tenetur. Nov. 139. c. 9. In foro Sax. comparitio in iudicio sine curatore in litem aut in genere constituto fieri nequit. De qua re supra, ubi de curatore constituendo, & actore ejusdem latius. Secus tamen in causis matrimonialibus, ubi si mulier ipsa compareat, non opus habet curatore. Illa autem positis sc. terminis habilibus, & ubi in causis Mandatarius admittitur, non sed per alium comparere volente mandatum sine curatore datum non attenditur, sed & tunc ejusdem auctoritas interveniat necesse est. Non ita in causis feudalibus in provinciis Electoratus Sax. obtinet, ubi sine curatore agere, aut defendere se mulier nequit. Moller ad constit. 27. p. 1. n. II. Cz. ad fund. d. 5. ubi ita: würde angegebener Curator mit Vorlegung eines richtigen Curatorii seine Person legitimiren, inmassen ihm nach



nach Gelegenheit dieses processus feudalis obliegt &c. pronun-  
tiarunt Scabini Lips. In causis autem criminalibus solennitas  
hæc plane non requiritur, ut Carpz. p. 1. c. 5. d. 33. & Prax. Crim.  
q. 105. n. 58. Cæteros actus judiciales ut exceptionum proposi-  
tionem, litis contestationem, recognitionem documentorum, au-  
scultationem sententiæ Curator ad litem aut eiusdem actor spe-  
ciale, ubi illud requiritur, mandatum habens pro muliere in judi-  
cio recte expedit.

Thes. 16. In probationibus quædam occurrunt notatu  
digna, cumque illarum variæ sint species, utilissima tamen legiti-  
mæ & ordinariæ probationis species dicitur jusiurandum. Hart.  
Pist. qv. 13 n. 10. Rauchb. p. 1. qv. 1. n. 25. Delatio autem Jura-  
menti in processu civili est duplex, activa sc. , & passiva. Active  
deferre jusiurandum possunt omnes non prohibiti. Non autem  
in foro Sax. mulier absque Curatoris autoritate. Est enim a-  
ctus Judicialis l. 3. ff. de Jurej. Schultes O. 50. n. 7. Poterit tamen  
illius Curator aut actor, modo uterque speciale mandatum ad  
hoc habeat. Quod speciale mandatum ob eam rationem requi-  
ritur, quod relatio alteri parti sit integra, mulierque teneatur  
ad Juramentum de calumnia. Juramentum autem Curator  
aut actor nomine mulieris præstare non potest, sed illud vel re-  
latum, vel delatum ipsa Jurare tenetur. art. 46. L. 1. Landrecht.  
Rauchb. p. 1. qv. 8. n. 4. seqq. quod & in oblatione ad Juramen-  
tum obtinet. Curator enim & actor sine speciali mandato mu-  
lieris ex supra deductâ ratione ad Juramentum se offerre ne-  
quit, & ita pronuntiatum in summo Appellat: Judicio in caus:  
Reginen Marien Genzin contra Ernst Dietrich von Tauben/ Term.  
Trin. 1687. In Juriurandi demum præstatione nihil quicquam  
curatoris autoritas operatur, cum illud quæcunque sit ab ipsâ  
præstetur. Landrecht loc. cit. Ord. proc. jud. Tit. 18. §. Es soll auch  
ein jeder. Moller. l. 4. semestr. c. 20. n. 1.

Thes. 17. De compromissis quæritur? Nec illa sine au-  
toritate curatoris fieri possunt; Non enim tantum compromis-  
sum est contractus transactivus & fit eâ de causâ, ut alter alteri  
obligetur ad ea, quæ ab arbitris judicata fuere, sed etiam aliena-  
tionis vocabulo audit. Steph. Gratianus discep. for. c. 379. n. 10.

E

Scab

& ab illo allegati Dd. Idem in renuntiatione litis motæ dicendum, cum & illa species donationis sit *l. ult. C. si min. quæ fact. al.* Donare autem mulier sine consensu & autoritate curatoris prohibetur. Quid si contra sententiam latam appellaverit mulier, schedulamq; appellationis sola sine curatore subscripserit, an illo casu rite interposita appellatio erit? Et illa sustinenda ex æqvitatæ ratione, ut & utilitatæ inde in mulierem forsitan læsæ per priorem sententiam redundantis, cum ea, quæ in favorem illarum introducta sunt, in damnum non retorqvenda sint, & ita pronuntiatum in summo Appell. iudicio in causa **Annen Catharinen von Schweinik** contra **Joh. Gottfried Hanitschen** læsis tamen mulieribus tam in actibus judicialibus, quam extraiudicialibus ad exemplum minorum datur restitutio in integrum, de qua differere instituti mei haut est. Vid. de illa Dd. Sax. imprimis dissertatio Inauguralis Magnif. Parentis mei *de auxilio restitut. in int. sexus fœminino de jure Commun. & Sax. competente, habita Witteb. 1671.* Nobis hic quæsisivisse sufficiat, an in illo iudicio instituendo curatore ejusq; autoritate opus sit? Et cum in petitione restitutionis in integr. processus desideretur ordinarius. *Wes. in par. C. de his quæ vi. Mynsing. o. 49. c. 1. Bocer. v. 1. d. 10. tb. 2.* itaq; & hic curatore ad litem opus esse, non dubitamus. Cui sententiæ concinit præiudicium Scabinorum Lips. allegatum à Cz. *p. 1. c. 26. d. 23. würde Kläger &c. ein Libell u. ergeben/ u. d. aus was Ursachen seine Curandin in integrum zu restituiren einverleiben/ so. &c.* Ampliatur demum hæc assertio in actibus voluntariæ Jurisdictionis puta emancipationis adoptionis legitimatæ unionis prolium &c. In quibus omnibus ob generalitatem legis, & rationis paritatem si à muliere celebrentur, autoritas curatoris requiritur. Et hæc in genere tam in actibus judicialibus quam extraiudicialibus procedunt.

Thes. 18. Non paucas tamen limitationes hæc necessitas accipiendi curatoris mulieribus iniuncta patitur, quarum nonnullæ hinc inde iam à me memoratæ sunt, ceteras easque principales hic adiungere libet. De fœmina itaq; illustri & mercatrice, quid iuris, supra monui. Iam de aliis. Mulier proinde in contrahendo matrimonio non opus habebit curatoris interveni-

veniente autoritate, nisi ex honestate hoc facere velit Beust.  
*Tr. de spons. p. 1. c. 22. Carpz. p. 2. c. 15. d. 11. n. 6. Moller. Se-*  
*mestr. L. 3. c. 35. n. 2. Berl. c. 17. n. 92.* Quæ de fœminâ adultâ pa-  
rentes non habente (quorum consensus de essentia & necessitate  
in contractu matrimonii,) intelligas velim. Quo stante in con-  
fectione pactorum dotalium, vulgo die *Ehestiftung*/ utpote con-  
jugii quodam accessorio idem iuris obtinet. Quam sententiam  
latè truentur *Dd. Sax. Moller. ad const. 15. n. 87. Berl. c. 17. n. 83.*  
*Carpz. d. 11. c. 15.* Quamquam de Jure communi, ubi dotis da-  
tio iuter contractus refertur, aliter statuendum *l. 23. ff. d. R. J.*  
Secunda limitatio est in confectione testamentorum, s. conden-  
dis ultimis voluntatibus, quæ testandi licentia Jure Civ. mulie-  
ribus permessa *l. 5. ff. qui test. fac. l. 26. C. de testam. l. 120. ff. de*  
*V. S. & const. Elect. 15.* illis concessa in Verbis: Jedoch mögen  
auch Ehefrauen / Wittwen und Jungfrauen / so sie Ihre mün-  
dige Jahre erreicht haben / vor sich selbst von ihren Hab und Gü-  
tern / beweglichen und unbeweglichen aufferhalb der Gerade wohl  
Testament machen / und was Sie also Testaments weise denen  
Rechten gemäß verordnen / das soll beständig und kräftig seyn /  
ungeachtet ob gleich solches ohne Vormunden geschehen. Et  
quidem ætate hac constitutione requisita in sexu fœminino duo-  
decimo ætatis anno completur *Carpz. p. 3. c. 3. d. 7.* ubi præju-  
diciū Scabinorum Lips. ita ut nec tempore pestis si non egressa  
annum 12. fuerit mulier, valide testetur; *dict. const. d. 6.* Aliud  
*Mev. Jure Lubec. L. 2. Tit. 1. art. 4.* introductum, statutoque  
omnem licentiam testandi mulieri interdictam tradit, additâ tamen  
quadam limitatione; nostrâ tamen constitutione cum in genere  
testari mulier non prohibeatur, ita & secundum illam hæredem  
instituire, legare, fideicommissum relinqvere, codicillos confi-  
cere, & quovis modo ultimam suam voluntatem declarare poterit,  
quod in fideicommissis vulgaribus simpliciter verum, aliter ta-  
men de fideicommissis familiæ conservandæ causa factis dicen-  
dum videtur, quæ si testamento non fiant, sed inter vivos, poste-  
riori casu ad plenius robur autoritatem Curatoris necesse esse ex-  
istimamus. Alienationis enim quandam speciem ea habere  
videntur, quæ absque solennitate regulariter mulieri prohibita.

Nota tamen, liberam facultatem testandi restrictam in mulieribus maritatis, si in præiudicium maritorum, cui mobilia tanquam portio statutaria cedunt post mortem uxoris, testetur. Quamvis inter vivos liberè de illis ex causâ utilitatis aut necessitatis disponere possit. Carpz. *d. 7. c. 7. p. 3.* Idem de mortis causâ donatione dicendum, quam ampliationem tuentur Rauchb. *l. 1. qv. 37. n. 38.* Berl. *c. 17. n. 98.* Carpz. *p. 2. c. 15. d. 10.* Liberâ autem hâc facultate testandi absque Curatore concessa fœminis, & liberam revocandi ultimam voluntatem dispositionem, datam esse, facile intelligimus. Limitamus porro constitutionem nostram in muliere habente ius patronatus Ecclesiæ cuiusdam. Ibi enim & sine Curatoris autoritate ea, quæ huius iuris sunt, valide expedire poterit. A Tiraqv. *de Leg. conn. gl. 5. n. 221. seqq.* Berl. *sape citatâ concl. 17.* Generalis limitatio illa est, si in utilitatem suam contractum quendam ita ut ex illo locupletior facta sit, celebraverit mulier. Posteriori enim casu, quamvis absque solennitate contractum sit, efficax tamen remanet obligatio. Nec mulier contractum eiusmodi ex capite nullitatis impugnare potest. Nemo enim cum iacturâ alterius locupletari debet. Et hanc sententiam communiter amplectuntur Dd. Myns. *cent. 2. obs. 34. n. 1.* Berl. *c. 17. n. 11. seqq.* Rauchb. *p. 1. qv. 32. n. 90.* Wes. *p. 1. conf. 26. n. 43.* Carpz. *p. 2. c. 15. d. 17.* Temperatur etiam in delictis & causis criminalibus. Quilibet enim alias contrahendi non capax ex delicto suo obligatur. Tiraqv. *de Leg. conn. gl. 5. n. 154.* Sande *dec. Fis. L. 2. Tit. 4. d. 4.* Fallit & hæc constitutio in retrovenditione. Si enim fœmina bona quædam possideat, quæ cum onere de retrovendendo comparata antea sunt sine curatoris autoritate, cum ex necessitate prioris obligationis contrahatur, & ita non proprie contrahere, sed potius fidem servare & solvere videatur; rectè retrovendit. Fidem enim non minus fœmina quam mas servare tenetur *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de const. pec.* Cui accedit, minorem, qui & in hoc casu rectè æquiparatur mulieri, sine curatoris autoritate per sanctionem expressam *l. 1. C. quando decr. opus revendere posse.* Rauchb. *p. 1. qv. 6. 33.* Carpz. *p. 2. c. 1. d. 14.* Eadem limitatio est in alienatione ex præcepto testatoris factâ.

Rem

Rem enim eiusmodi tunc potius testatorem quam alium quem-  
que alienare videtur, & mulier necessitate quadam adacta, ut-  
pote voluntate testatoris tale quid celebrare, idque & minori  
permissum *l. ult. ff. de reb. eor. qui sub tut. Berl. c. 17. n. 66. seqq.*  
Unde & tempore necessitatis limitationem vel maxime patien-  
tur ea, quæ de necessitate autoritatis Curatorum intervenientis  
dicta sunt. Necessitatem enim non habere legem, sed facere, in  
*c. 4. X. de R. J.* vult Pontifex. Neque alias actus necessitate  
factus comprehenditur sub lege prohibitivâ actum fieri. Non  
subveniendum porro mulieri, si dolosè aut fraudulenter in con-  
tractu egerit. Ex eo enim etsi non adhibuerit curatorem, quo  
casu alias erat nullus, firmiter tamen obligatur. Regula enim  
illa generalis, quod propter dolum quis iure pro se introducto  
privetur *l. 43. §. 1. ff. de adm. tut. l. 37. §. 1. ff. de min.* & hic locum  
sibi vendicat. Neque lex dolo aut fraudi opitulatur, quod ita  
observari testatur Carpz. *ad c. 15. d. 13.* Nec locus erit huic con-  
stitutioni in testimoniis dicendis. Mulieres enim cum in qui-  
buscunque causis criminalibus & civilibus testes esse poterint,  
exceptis in testamento solenni & causarum feudalium casibus  
*§. 6. J. de test. ord. 2. f. 22. c. fin.* attamen quanquam testi-  
um depositio sit actus judicialis, & testimonium plerumque di-  
cendum veniat in iudicio, hic tamen autoritate Curatoris opus  
non esse, exinde facile colligas, quod testimonium nisi per testem  
ipsum dici non possit. Similiter si mulier valide contraxerit  
in traditione rei non opus erit Curatoris præsentia, cum novus  
contractus non celebretur, sed jam perfectus consummetur.  
*Tiraq. de Leg. connub. gl. 5. n. 165. Berl. c. 17. n. 88.*

Quid de retorsionibus contra verbales iniurias dicendum,  
an & illæ in scriptis sine autoritate curatoris à muliere fieri pos-  
sunt? Et ita videtur, cum retorsio sit quædam extrajudicialis de-  
fensio, quæ mulieri non obesse aut incommodum afferre potest,  
*Berl. p. 5. c. 64. n. 10.* non tamen maritus nomine uxoris, *Berl.*  
*l. cit.* Fallit quoque hæc constitutio, si consanguinei mulieris con-  
tractui interfuerint ex comm. Dd. sententiâ *Berl. 7. 16. c. 17. n.*  
*84. §. 112. Cz. c. 15. d. 18.* ut & impetratione arresti, cum ille actus  
judicialis propriè non sit, sed tantum quædam præparatio iudi-

cii aut actionis quam intendere animus est. Coler. *proc. ex p. 3. c. 11. n. 35.* & ita Carpz. *p. 2. c. 15. d. 12.* usu tamen fori contrarium receptum videmus. Singularem porro limitationem tradit Cz. *p. 2. c. 42. d. 10. n. 6. & seqq.* ex Jacobo Schultes *ad Roc. Schüz. tract. de Dotalitio art. 8. n. 12. seqq.* Juri pignoris s. oppignorationi bonorum feudalium, in quibus dotalitium ratione dotis acceptæ constitutum est, mulierem sine curatore valide renuntiare posse. Cujus limitationis rationem illam esse dicit, quod pignore sublato non statim ipsa principalis obligatio sublata esse videatur, mulieremq; ex aliis bonis mariti dotem petere posse, *l. 21. C. ad Sct. Vellej.* Feudum demum vetus recte etiam sine interveniente autoritate curatoris mulieri revocare integrum est, cum per hoc conditionem suam deteriore reddere nequeat, idq; & minori concessum *2. f. 3.* Cui adde limitationem expressam in Constit. Elect. *35. p. 2.* quæ est de juratâ renuntiatione hæreditatis paternæ, & maternæ à filia dotem accepta facta, & ad illam Hart. Pist. *L. 4. qv. 6.* De muliere in carcere posita vid. Berl. *sepius cit. c. 17. n. 77. 78.* contra Tiraqv. *gl. 8. n. 288.* & hæc de objecto.

## CAPUT V.

### De Forma interponendæ autoritatis à Curatore mulieris.

#### Thef. 1.

**C**onsideratis hætenus, quæ ad constituendum curatorem opus esse, visum, jam necesse est, ut illum tanquam constitutum videamus. Et primo quidem illud tenendum, quamvis curatorum, qui minoribus, furiosis, prodigis, jure Civ. dantur, illud potissimum sit officium, ut non tantum personas gubernent, sed etiam bona simul eorum administrant, quapropter & ad inventarii confectionem, juramenti depositionem de

offi-

officio fideliter exsequendo, satisfactionem, rationum redditio-  
nem adstringantur, de quibus late Montanus *tr. de Tut. & Cur.*  
*c. 32.* curatorem nostrum ex observantia fori & jure Sax. datum,  
cum regulariter nullam administrationem in se recipiat, sed so-  
lummodo contrahentibus & litigantibus foeminis autoritate &  
consilio subveniat, ad illa, quae a curatoribus personarum, quas  
modo dixi, praestanda sunt, minime teneri, sed sufficit ei decre-  
tum illud magistratus, in quo constitutio eius continetur. Quod  
in praxi per totam ferè Europam observari, testatur Gail. *L. 2.*  
*Obs. 107 n. 1.*

Thes. 2. Consistit igitur officium curatoris foeminis  
dati, in tribus potissimum. 1.) ut ope & consilio mulieri assistat,  
2.) ut consensum suum negotiis tam iudicialibus quam ex-  
trajudicialibus interponat. 3.) autoritatem in ipso actu praestet.  
Administratio vero bonorum huc non spectat, quam regulari-  
ter foemina retinet. Primum proinde Curatoris nostri officium  
in fideli suggestione consilii mulieri facienda vertitur, quod in-  
nuunt verba quamplurimum curatoris inserta: *Das Er seiner*  
*Frau Curandin in angeregten Sachen seinem Verstande nach*  
*einrathig und beyständig sey.* Consilium autem nil aliud, quam  
quaedam deliberata sententia, quae quis alteri svadet quid in re  
dubia agendum sit nec ne, ita tamen, ut in accipientis sit libe-  
ra voluntate illud arripiendi aut etiam negligendi. Ita curato-  
ris nostri occupatio illa erit, ut casu emergente aut lite exorta  
statim secum deliberet, quid agendum, illud deinde mulieri svadeat.  
Quem si sequatur vel non, ille liberabitur, cum libertati  
suae relicta mulier in apprehendendo aut omittendo consilio sibi  
ipsi omnem eventum, si minus ex voto sit, imputet. Quo faci-  
unt verba Imperatoris *§. 6. 7. Mand.* Liberum esse cuique apud  
se explorare an expediat sibi consilium, cui adstipulatur *Jctus*  
*Cajus in l. 2. §. 6. ff. Mand.*

Thes. 3. Secundum officium curatoris est consentire.  
Qui quidem consensus ut cap. priori dixi, in omnibus actibus  
mulierum de necessitate & forma. Estque nil aliud, quam scien-  
tia & approbatio eius a curatore facta, quod cum muliere ge-  
stum est, Ex quo patet, duo imprimis consensum involvere, ex-  
actam

actam scil. notitiam & scientiam eius, quod agitur. Qui enim ad certum actum consensum suum præstare, eumque ratificare debet, ille plenissimam eiusdem scientiam habeat, necesse est. *l. 15. ff. de Jurisd. l. 8. 9. C. de jur. & fact. ign.* Deinde annuentis voluntatis promptitudinem sive ipsum actum voluntatis directum in propositum negotium, quo curator plenissimè approbat & consentit in illud negotium, quod geritur, qui actus per **Wissen & Willen.** à Sereniss. Sax. Legislatore exprimentur & adeò necessario requiruntur, ut illis omissis totus actus vitiosus & ipso iure nullus sit, ut uno ore Dd. Sax. ex quibus Moller. *ad Constit. Elect. Sax. 15. qu. 21. Zobel. in Addit. ad Gl. germ. Landrecht l. 1. art. 46.* allegasse sufficiat, & illud est, quod consensus hic Curatoris nostri, tq. forma & essentielle requisitum omnium actuum negotiorumve muliebrium à Dd. constitutus sit, idque ideo, quod citra Dispositionem juriscommunis requiratur, quod ubi fit, illud pro forma & substantiali solennitate alicuius legis statuendum, ut Berl. *p. 2. c. 17. 102. Rauchb. p. 1. qu. 32. n. 43. Carpz. c. 15. d. 1. n. 6.* Cui illud consecrarium, quod nec per relationem ad aliud, nec per æquipollens consensus hic expediri aut suppleri possit, cum illud, quod, ut formam certam, lex aut statutum præscribit, specificè & ritè adimpleatur, necesse est. Gail. *L. 2. obs. 29. n. 16. seqq. A Fab. in Cod. L. 1. Tit. 4. def. 40. n. 3. Mev. ad jus Lubec. p. 1. qu. 9. n. 5. Wes. p. 6. conf. 260. n. 44. & Berl. loc. cit.*

Thes. 4. Requiritur itaque consensus, sed qualis? Verus, sed non tantum; Sed etiam expressus & in continenti adjectus, qui fictum & tacitum excludit. Non sufficit ergo nuda præsentia Curatoris aut taciturnitas eius, aut quod non contradicat, sed cum, ut iam dictum, hic consensus totum actum, convalidat, ita expresse præstari debet, prout illud diserte volunt Dd, Tiraqv, *de Leg. conn. gl. 7. n. 1. Moller. loc. cit. n. 38. Cz. p. 2. c. 15. n. 30. Berl. c. 18. n. 25. seqq.* Quamquam enim alias ex fictione quadam, qui præsens est, & non contradicit pro consentiente habeatur *l. 2. §. 2. ff. sol. matr.* cessat tamen, cum hæc lex in casu vero non ficto intelligi debeat, consensusque cum autoritate concurrat, autoritas autem tutoris, patris, expressis verbis inter-



interponi debet, per text. l. 1. §. 2. ff. de tut. Berl. loc. cit. n. 27. Facile proinde ex his dictis patet, nullo modo aut alia quacunque via per epistolam aut nuntium aut procuratorem aut ultimam voluntatem interponi consensum à Curatore posse. Et hoc quidem est, quod de Jure communi statuunt & tuentur modo allegati Doctores Saxonici, Contrarium tamen observantia fori testatur, ubi præsentiam Curatoris, si de illius voluntate certo & indubitato constet, non ita præcisè requiri videmus, idque ob multitudinem & varietatem negotiorum, variaque impedimenta, quæ Curatoris præsentiam quandoque denegant, & ita haud pridem in summo Appellationum consilio in causa, Hans Dietrichs von Schleinitz zu Müschenberg contra die Starschedelischen Tochter pronuntiatum, donatioque facta, ubi Curator per litteras consensum suum interposuerat, valida pronuntiata. Ab hoc consensu expresse interponendo omnis porro vis & metus, qui in constantem virum cadit, abesse debet. Illo enim casu, quod actum est, corrueat. arg. l. 1. §. f. de autor. tut. Ubi Ulpianus *Jctus: tutor si invitatus retentus sit per vim, non valet, quod agitur.* Quamvis de jure communi opus erat rescissione prætoriam arg. l. 21. §. 5. quod met. caus. Quid si nolit consentire Curator à muliere requisitus? Et illud quidem ad officium judicis pertinere, ut sub examen vocet causas contradictionis, an justæ sint an non. Priori casu rectè interdicitur mulieri contractus, posteriori conceditur licentia contrahendi addito alio Curatore, quod statuit Berl. c. 18. n. 33. n. 34. Quod si extrajudicialiter hoc contingat, & periculum in mora sit, inque utilitatem mulieris contrahatur, sine consensu valide contrahet, quod supra monui, & eleganter ita Tiraq. de Leg. conn. gl. 8. n. 131. Neque operabitur quicquam consensus Curatoris interpositus, si non in ipso actu interponatur. Forma enim actus simul explicari cum ipso actu debet, cum ea natura formæ sit, ut ab actu nec dividi nec separari possit aut debeat. l. 25. §. 4. de acq. l. om. her. Dd. Sax. passim. Moller. p. 2. c. 15. n. 34. Berl. conc. 18. n. 14. Cz. c. 15. d. 30. Ita sive anticipatus sive ex intervallo adiectus nullius efficaciam erit. Non enim rati habitio retrotractionis fictionem porrigit ad ea, quæ ab initio ipso jure nulla sunt, exemplo nuptiarum sine consensu parentum.

G

cele-

celebratarum l. 68. ff. de jur. dot. Franzk. Exerc. 2. qu. 5. Et ex illâ ratione venditionem mulieris absque curatore factam, etsi postmodum confirmatio accesserit, irritam pronunciarunt Scabini Lips. apud Cz. p. 2. c. 15. d. 30. Quod hactenus verum, esse Carpz. d. loc. asserit, additâ tamen in def. seq. limitatione, si consensus in continenti superveniat, quod ex Jafone, Baldo, & Cujacio L. 13. Obs. 13. pr. probat, & ita pronuntiatum esse tradit. cui in def. proxima aliam iterum quæstionem subjungit, in cuius resolutione vult, contractum illum, qui præsentem quodam postea à iudice Curatore constituto, celebratus sit, subsistere, eiusque præsentiam actum totum convalidare, quam sententiam ex Wes. Vol. 1. Cons. 3. n. 67. & 69. firmat. Quamquam posteriorem hanc sententiam æquitate potissimum niti cum Berl. d. 148. existimet. Non tamen convalescit eiusmodi contractus diuturnitate temporis etiam decennalis, quod contra Tiraquv Jafon. & Berl. statuit Cz. c. 15. d. 5. Plane tempore longissimo (30. annorum) nullitati huic præscribi verum est, quamdiu lex statutaria deest, quæ eam regulæ Juris comm. quæ est in l. 3. 4. C. de presc. long. temp. subducat. Tandem ille consensus debet esse specialis in omnibus actibus, non generalis, cuius assertionis ratio tum ex eo, quod formam sustineat consensus Curatoris tum etiam quod causa impulsiva huius consensus præstandi imbecillitas & metus deceptionis muliebris sit, ubi per generalem, consensum & absentiam Curatoris illa erit facillima, & ita Tiraquv. de Leg. conn. gl. 7. n. 11. Berl. c. 18. n. 31.

Thes. 5. Restat ultimum Autoritatis interpositio, quæ & in ipso actu de jure communi ut supra th. 4. monui intervenire debet, quam Caiacius definit, quod sit expressa approbatio, quæ interponatur perfecto eo, quod pupillus vel alia persona aliquo præsentem gessit. Differt proin autoritas à consensu, cum illud maius aliquid denotet, idque ex verbis sæpius allegatæ c. 15. satis luculenter apparet. In eâ enim non solum hæc contradistinguitur, sed & quoties mentio fit officii Curatoris, præter consensum semper superadditur & in specie requiritur autoritas curatoris. Quod ipsum discrimen etiam agnoscit Wes. par. ff. de aut. tut. n. 5. Ubi autoritatem aliter ac consensum ad personam integran-

grandam interponi docet, quod potissimum in actis judicialibus videre licet, ibi enim consensus nudus non sufficit, sed autoritas illa quæ operatur, ut mulier personam standi in iudicio habeat, accedat necesse est, ad personam eius, ut dixi, integrandam, non autem aliter quam consensus interponenda est hæc autoritas, in ipso scilicet actu & negotio, præsentem Curatore verbis expressis & disertis negotium ipsum approbantibus, cuius assertio- nis ratio in eo consistit, quod autoritas ita ut consensus de forma essentiali requiratur in negotiis mulierum, valide si contra- here velint, ex quo statim sequitur, non demum longo inter- vallo aut post negotium perfectum & consummatum, sed in ipso actu intervenire debere, ut supra de consensu pluribus monui, quæ omnia Dd. ad autoritatem extendunt, ut est apud Moller. §. 15. n. 34. Carocc. dec. 74. n. 22. Cz. p. 2. c. 15. d. 31.

## CAPUT VI.

### De Fine & Effectu Curatoris nostri fœminei.

#### Thes. 1.

**F**inem Curatoris constituendi & constituti duplicem ex Const. 15. Sax. elici posse existimamus, alterum conservatio- nem rerum ad mulieres spectantium, quæ ob imbecillitatem earundem facile jacturam pati possunt, alterum firmitatem & va- liditatem negotiorum & contractuum, quæ à mulieribus cele- brantur. De priori hinc inde jam quædam à me dicta sunt, & est illa ipsa ratio, quæ Impp. in L. 4. C. de spons. & in Nov. 97. c. 3. ut quibusdam in causis mulieri consulerent, movit. Quæ & Serenis. Saxonie Legislatorem, ut verba Constitutionis ini- tialia satis ostendunt, ut imbecillitati sexus penitus consuleret, impulit. Alterum finem esse dixi, ut negotia & imprimis con- tractus cum Curatoris aut mariti consensu sint rati, firmi & va- lidi. Quemadmodum enim Serenis. Legislator ea quæ absque

solennitate à muliere gesta sunt, ipsis obesse non vult, ita & è contra-  
trario & firmitatem contractuum rite celebratorum utique præ-  
cipit. Unde & restitutionem in integrum ob læsionem adver-  
sus contractum cum consensu & autoritate Curatoris inintum  
vix dari pluribus vult Moller. *c. 15. p. 2 n. 100.* Carpz. *ib. d. 33.*  
Rauchb. *p. 1. qv. 32. n. 89.* Wes. *cons. 27. p. 1. n. 11.* Berl. *concl. 18.*  
*p. 2. in fin.* Ubi distingvit inter conjugatas & eas quæ sine viro,  
prioribus denegans, posterioribus concedens, Contrariam tuen-  
tur Autores consult. Sax. *tom. 1. p. 1. qv. 12.* & ut videtur Rich-  
ter *p. 1. dec. 27. n. 13.* & ipse Wes. *p. 1. cons. 25. circa fin.* Quam  
posteriorem sententiam ut æquissimam & nostram facimus, per  
ea quæ tradit Magnif. Parens noster *in all. Diss. Jnaug. c. 2. §. 8.*  
Ubi post multas allatas rationes ita in causis com. luribus in  
summo Appellat. consilio pronunciatum esse adductis præjudi-  
ciis probat.

Thes. 2. Effectum quod attinet ratione curatoris nostri,  
consistit quidem hætenus, & est in obligatione tum curatoris  
tum mulieris ipsius & quidem quod ad curatorem spectat, respi-  
cit ejusdem obligatio tum personas, cum quibus interveniente  
eo mulier contraxit, vel ipsam mulieris personam. Priores quod  
concernit, curator si in terminis officii sui permanserit, nihil frau-  
dulenter aut dolose egerit, neque aut fidejubendo aut ex pro-  
mittendo obligationem mulieris in se suscepit, illis nullâ ratio-  
ne obligari ex comm. Dd. sententia statuimus. Præterea enim  
quod secundum notissimam juris Regulam quæ traditur *in l. 7.*  
*ff. quemadm. test. ap. l. 79. ff. Ex quibus caus. maj. l. 140. ff. d.*  
*R. 7.* officium suum nemini debet esse damnosum, illud apertis-  
sime juris est, Curatores qui non administrarunt curatorio no-  
mine conveniri non posse, per *l. 8. C. de adm. tut. & imprimis*  
*per l. 20. C. eod.* ubi Imp. *Curatores ex autoritate & consensu in-*  
*terposito nullum præiudicium habeant.* Quamvis itaque curator con-  
sensum suum præstiterit & autoritatem suam interposuerit, tamen  
cum proprio nomine non contrahat, minus animum contrahen-  
di aut sese obligandi habeat, qui in omni contractu requiritur,  
*l. 7. ff. de pact.* Sequitur mulierem solam obligari, non curato-  
rem, cum ipsius consensus ultra ejus intentionem extendi non  
debeat.

debeat, de qua re prolixè Decius *con. 379. n. 6. Cz. p. 2. c. 13. d. 34.* Ubi ita pronuntiatum refert: Ob nun gleich eurem Bericht nach demelte Pflegerfrau nicht zu bezahlen hat/dieweil aber dennoch nicht zu befinden daß Ihr euch vor die Bezahlung verpflichtet/ sondern nur in Vermundschafft an ihrer statt gelobet/so mag demeltes Curator die Zahlung selbst zu leisten nicht gezwungen werden. Ratione mulieris ipsius quatenus obligetur Curator, nunc videndum.

Thes. 3. Et quidem ille nisi se administrationi rerum forsan immiscuerit, ad nil aliud adstringitur, quam ut mulieri assistentiam, consensum & auctoritatem præstet, fideliterq; consilium suggerat, illud si bonâ fide sine dolo faciat, etsi postmodum eventus non respondeat, ut haut raro fieri solet, ex consilio per iura notissima & à me iam supra cap. præced. allegata, non obligabitur. Notanter dixi, nisi administrationi bonorum se immiscuerit. Tunc enim omnes illas actiones, quæ dantur contra alios, qui administrarunt, curatores, contra curatorem suum habebit mulier, eoque etiam casu curatoris bona nexu tacitæ hypothecæ obligata mulieri Baldo ita sentienti concedere possumus. Quod tamen si administrationem nullam habuerit, cum Moller. *E. 4. semestr. c. 41. per tot. constanter negamus.* Adde Berl. *p. 2. c. 18. n. 38.* Rauchb. *p. 1. qu. 32. n. 88.* Franzk. *p. 1. Res. 17. n. 68.* quod eo usque extendit Carpz. *ad const. 15. d. 33.* ut curator mulieri nec ob læsionem in contractu obligatus sit, quod insuper præiudicio Scabinorum Lips. firmat.

Thes. 4. Obligationem porro ipsius mulieris quod attinet, quem & effectum constitutionis curatoris nostri esse diximus, primo quidem, quod personas cum quibus contraxit, concernit, dubium non est ex natura contractus aut peracti negotii cum solennitate debita æque ac masculos contrahere valentes firmiter obligari. Si enim, ut pluribus dictum, negotium aliquod aut contractus, quod mulier cum consensu & auctoritate curatoris intervenientis celebravit, robur suum accipiat, consequens est ad eò validum esse, ut annullari aut rescindi nequeat, ita ut mulier ad eum strictè observandum & per omnia debite implendum teneatur. Et hæc obligatio est verus & genuinus effectus

effectus, qui ex valido contractu mulieris tanquam sua causa resultat. Curatori ipsi mulier præcisè obligata non est. Non enim iure aut constitutione Sax. illis salarium quoddam constitutum legimus. Officium potius eorundem gratis fieri debere magis veritati consentaneum. Nulla itaque alia quam antidotali quadam obligatione ex æquitate tenebitur.

## CAPUT VII.

Modos quibus Curator noster talis esse definit, continens.

Thes. 1.

**P**ostquam in superioribus curatorem nostrum ut constitutum, mox negotia ab illo expedienda, tum ut constitutum cum adiuncto fine & effectu consideravimus, necesse est, ut paucis adhuc quibus modis officium eiusdem cesset, evolvamus.

Thes. 2. Sicut autem omnium curatorum officium finiri novimus vel ipso iure vel interveniente magistratus aut iudicis officio, ita & huius curatoris curatela pari ratione finiri arbitramur. Et quidem tum ex persona mulieris, tum curatoris ipso iure cessat morte, tam unius quam alterius, eaque tam naturali quam civili. De priori nullum dubium esse videtur, cum curatela munus personale, quod cum persona cui committitur, extinguitur, nec ad hæredes transire solet. *l. 16. §. f. ff. de Tut. Hart. Pist. obs. 193. n. 2.* posterius quod attinet facere huc. videtur §. ult. *f. quib. mod. tut.* idque de curatore nostro plenius probat *Cz. p. 3. prax. crim. qu. 140. n. 16.*

Thes. 3. Officio magistratus vel iudicis finitur vel invito curatore, vel volente, & invito quidem, sive ad petitionem ipsius mulieris alium curatorem petentis, vel ex officio ab ipso magistratu, non ex fide sed dolo curatorem agere deprehendentis.

tis. Ictus Ulpianus in l. 4. §. 4. ff. de tut. Volente eo cessat, si se excuset, & ob iustam & legitimam causam hoc officio se liberari petat. Quæ autem illæ iustæ & legitimæ sint, & excusationem mereantur iudicis relinquitur officio. De qua re vid. Moll. *semestr. l. 4. c. 24.*

Thes. 4. Tandem etiam finitur hæc curatela negotio aut lite, ad quod quis constitutus, ad finem perducto, aut contractu consummato, & omnibus modis impleto, nec non iudicio, cui curator litis adhibitus fuerat, finito per text. Landrecht L. 1. art. 67. n. 37. nisi generaliter ad omnes causas datus fuerit, Tunc enim curam non nisi morte alterius, aut si mulier nupsit, aut ad secunda vota transferit, finiri tradit Berl. p. 2. c. 18. n. 37.

## TANTUM.

---

### COROLLARIA.

- I. Vitricus potest esse tutor privignorum.
- II. Jure novo creditores & debitor pupillorum tutores non recte dantur testamento.
- III. Mater & avia præferuntur in tutela omnibus legitimis tutoribus ordinariis collateralibus.

958  
ralibus, non autem adscen-  
dentibus.

IV. Sola testatoris prohibitio  
matrem & aviam a tutela,  
quam illis lex defert, non re-  
mouet.

V. Judice loci, in quo bona pu-  
pili sita sunt, in tutoris datio-  
ne, cum judice domicilii con-  
currente, præfertur posterior.

VI. Auctoritatem præstare de-  
bet tutor pupillo: præfens  
corpore & animo.

VII. Meretrici quæ tali Cura-  
tor non datur.

☞ (O) ☞



Contine  
tor

**M** A  
on  
mi  
ff. d. R. C.  
bulum Cur  
diendis aut  
dit. Hoc  
venias, ut i  
de Leg. 3.  
munus, q  
l. 19. §. 1. ff.  
§. 1. ff. de  
dicitur, qv  
Thes.  
variis rebu  
Sacrarum  
di corporis  
fiodorus lib.  
Schol. Cur  
corporis li  
Cura famil  
Cura fune  
locis, qv  
lum Curæ,  
Ita de Ctr  
quadr. pr  
Cof. Curat  
vincia, l.

nem Cura  
iti,

rei definiti  
it duplex, No  
m Jcti in l. 1.  
occurrit voca  
randis, custo  
n nomen osten  
stro sapius in  
atr. l. 6. §. 3.  
ut illud ipsum  
nominetur in  
atur, ut in l. 1.  
atino Curatela  
ntur.  
peratoribus de  
n Cura ædium  
Cura conden  
( de qua Caf  
omit. & Trib.  
llrb. Cura  
de Oper. libert.  
ut. Jud. De  
fun. aliisque in  
igitur vocabu  
rpari solitum:  
l. fin. C. de  
de offic. Proc.  
consul in pro  
alendarii, l. f.  
§. 7. ff.

